BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 P
6

M

12181

Digitized by Google

INSTRUMENTA CURATIONIS MORBORUM,

DEPROMPTA

EX

PHARMACIA, CHYRURGIA, ET DIÆTA.

DE INSTRUMENTIS Pharmaceuticis ex Galenicis & Chymicis.

In qua multa traduntur praxim ineuntibus utiliſſima, eoſque velut manu ducentia.

Authore H. TENCKE, *Profeſſ. Reg. Monſpel.*

LUGDUNI,
Apud CÆSAREM CHAPPUIS, in vico Bellæ Cordeлiæ.

M. DC. LXXXIV.

CUM PERMISSU.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOPOLA MEDICINÆ STVDIOSIS.

ECCE optatis veſtris reſpondeo, philiatri candidi? & quod tandiu enixè rogaſtis, ut opus hoc typis mandandum curarem, vobis jam offero. Seriùs quidem quàm oportuit ut aſſiduos in ſtudiis

labores, & veſtrum in ſcribendo tædium demulcérem. Eo tamen lubentiùs id præſtiti, quò rem publicæ ſaluti utiliſſimam à vobis ipſis intelligo, qui theorico lacte aliquando imbuti ad praxim non niſi alienis ducimini experimentis. Interpretor non aliud fuiſſe intentum Profeſſoris Illuſtriſſimi, qui hæc in ſuis prælectionibus vobis contulit, quam ut ſelectiora remedia pro quocumque affectu velut in ſynopſim contraheret, modumque utendi, ſyrteſque in curatione fugiendas in-

nueret, quò aditus praxeos aut faciles aut minus aſperos redderet, & remoram, quæ tyrones practicos non parum retardat, abigendo, tempus inexpertis longum ad ſublimius ſtudium dirigeret. Obſervationum & inventorum multitudo, quibus ſe huc uſque extulit ſtudiorum felicitas, Medicinæ ærarium fecit penè immenſum. Dum alter alterius labores prævenit, tempus occupat, & ad majora meditantem extollit. Vitæ brevitatis diſpendium compenſat tam officioſa ſollicitudo, & ſic utili Docto-

rum commercio artis lon-
gitudo quodammodo adæ-
quatur. His igitur & vos
fruimini, quæ ut vobis in
uberes fructus creſcant me-
dullitùs exopto.

DE INSTRUMENTIS PHARMACEUTICIS GALENICIS ET CHYMICIS.

Proœmium.

VT nihil eſt tanti momenti in praxi medicâ quam recta remediorum adminiſtratio, ſic nihil Medico circa ægros verſanti difficilius occurrit, nec quidquam eſt quod ipſius animum magis anxiè ſuſpendat. Opus eſt ſummo judicio, ne dicam immenſó, quod omnia penetret, expendat, metiatur & ritè inventa ſubjecto applicet; ad quod vix ipſe ſufficiat Hippocrates, qui bonorum omnium in Medicina inventor eſt ſimul & omnium fidiſſimus director. Sapienter Galenus ex

7.*Meth.* ipſius mente ſcripſit, facile eſſe cognitâ causâ remedium invenire, eumque ſufficere ad curandum qui ſufficit ad cognoſcendum. Quæ cognitio non includit ſolum exactam eorum notitiam, quæ ſecundum & præter naturam ſunt, ſed etiam rerum omnium quæ ad perfectam faciunt medelam; ſic enim curatio facilis eſt, cui omnia ad illam requiſita aperta ſunt. Sed quænam eſt illa ingenii felicitas & εὐςόχια quæ partium affectarum, morborum, cauſarumque naturam, & complexus, auxilii quoque vim ſic aſſequitur, ut ſingulâ in quolibet ægrotante ad juſtum modum opportunè præſcribat, nec ſit remedium diſparis virtutis, ſuperfluum vel inſufficiens, aut minus naturæ conveniens. Rectè

7.*Meth.* Galenus ad duo collimat, unum eſt methodo remedium ſpecificum invenire; alterum ſubjecto inventum prudenter adminiſtrare. Utrumque hic quantum ob brevitatem expedit, deſignabimus, præmiſſis ſequentibus neceſſario præſciendis.

Remedium eſt quodcunque corporis affectum præter naturam depel-

lere poteſt : emanat à triplici fonte Diætâ, Chirurgiâ & Pharmaciâ, unde alia remedia ſunt Diætetica, quæ ſex rerum non naturalium adminiſtratione comprehenduntur : Chirurgica, quæ ex Chirurgiæ promptuario depromuntur : Pharmaceutica, quæ ex Pharmaciæ horreo deſumuntur, ſeu externa ſint, ſeu interna, ſimplicia vel compoſita; ex mineralium & metallorum fodinis deprompta, vel ex vegetantium aut animalium familia; ſive ut inquit Gal. ad facienda, admovenda, aſſumenda, & educenda revocentur.

Modi per quos remedia inveniuntur quatuor ſunt, ratio, experientia, analogiſmus, & indicatio. Varietas dogmatum, corporum, cauſarum, & ſignorum analogia rationem reddunt valdè ambiguam; experientia & analogiſmus ſæpiùs imponunt, quia à particularibus & incognitis ad particularia procedunt. Tutior eſt indicacatio, quæ ex ſolo indicante percepto, potiùs quaſi ab inſito quodam principio auxilii naturam inſinuat.

Indicantia ſunt morbus, cauſa ip-

ſius, ægrotantis natura & vires, accedit urgens ſymptoma; proinde tot ſunt à quibus deſumitur indicatio.

In deſumendis indicationibus à morbo & cauſa progrediendum à genericis per ſubalternas uſque ad ſpecificas; non enim immorandum in ſola generica, quia nullius remedii naturam inſinuat: poſito enim quod ſit morbus aut cauſa, non ideo patet quod ſit alterandum vel vena ſecanda, quia poteſt fieri ut non ſit intemperies, nec plethora. Neque in ſubalterna; licet enim notum ſit quod morbus ſit intemperies, adhuc tamen non patet,utrum ſit calida vel frigida. Tandiu igitur dividendum morbos & cauſas,donec à genericis in ſubalternas, & à ſubalternis ad ſpecificas perventum ſit differentias, à quibus tantum indicatio utilis deſumitur, cui reſpondet materia quæ primò & per ſe affectum & cauſam tollere poteſt. Licet autem indicatio ſpecifica proximè ſufficiat ad remedii inventionem, oportet tamen totis viribus eniti ut aſſequamur indicationem determinatam,quod licet difficillimum

ſit, ex eo quod individualia non habent proprietates per quas cognoſci poſſint, propiùs tamen ad eam accedere tentandum; ſi enim quem gradum calor febrilis in aliquo laborante obtineat, neſciamus, remedium æqualis virtutis, niſi caſu non adhibebimus.

In indicationibus perſolvendis urgentia primum locum obtinent, fruſtra enim ſuadetur remedium à morbo & cauſa, ſi vires ad ferendum non ſufficiant.

Sequuntur cauſæ, inter quas *primò* externæ ſunt ſubmovendæ, deinde antecedens, poſtea conjuncta, & ſi poteſt fieri uno & eodem remedio utraque ſimul oppugnanda; demum fovens omnis cauſa radicitus tollenda. Rarò diuturni affectus ſine illa ſunt, quâ manente obſtinatè perdurant aut recurrant: ſedem habet in contentis, vel in partibus ſolidis intemperies, obſtructione aut alio vitio affectis, vel in utriſque, vel in abuſu ſex rerum non naturalium, vel demum in remediis perperam adminiſtratis aut diutius exhibitis.

Impedimenta, ſi quæ ſint, auferenda ſunt; ut in vulneribus & ulceribus ſi corpus inſit extraneum, fluxio, humor viſcidus impactus deterſione indigens, prava partis temperies, calloſa labiorum durities, & ſic in cæteris affectibus.

Morbus deinde oppugnandus, qui ſublata cauſa & impedimentis, non difficile, ſi ſit curabilis, evaneſcit.

Partibus denique roborandis ſtudendum eſt, quod non niſi demptis cauſis, morboque ſublato tentari debet; quia cum roborantia ſint adſtringentia, materiam ſuperſtitem impingerent, & reſolutioni magis difficilem redderent. In morbis chronicis, roborantia alterantibus & evacuantibus immiſcenda, poſtquam major humorum portio evacuantibus fuerit ſublata.

Rectum remedia adminiſtrandi modum deſignat Hippocr. & Galenus, Comm. 2. in 6. de morbis vulg. text. 33. ſequentibus medico curationem auſpicanti animadvertendis.

Primùm eſt, quid ſit faciendum. Quidquid agimus in morborum cu-

ratione id reduci poteſt ad evacuantia, alterantia, roborantia,& reficientia. Utrum igitur ſit evacuandum,alterandum, roborandum, aut reficiendum , id ex morboſo pendet apparatu ; ſi enim plethora vel cacochymia ſit , evacuandum ; ſi intemperies alterandum ; ſi vires ſint fractæ , roborantibus utendum, in emaciatione verò reficiendum.

Secundum eſt ; quali remedio opus ſit. Qualitas remedii non ab alio quam à morbi, cauſæque ipſius qualitate indicatur , quam ut depellere poſſit , oportet ut ſit ipſi contraria. Itaque ſi ſit intemperies calida auxilium frigidum competit , ſi frigida calidum,&c. ſic & tenuitas humoris incraſſantia , craſſities attenuantia, viſciditas detergentia,lentor incidentia, malignitas alexipharmaca poſtulat. In morbis à bile utendum eſt cholagogis,à pituita phlegmagogis,à melancholia melanagogis, à ſero hydragogis, ut fuſiùs infra.

Tertium eſt ; quantum & quouſque remedio utendum ſit. Ut juſta ſit remedii quantitas , reſpiciendum eſt

ad morbi magnitudinem & ad vires ægrotantis: illam aſſequi non poſſumus niſi conſtet quantus ſit factus receſſus à naturali ſtatu; eò enim major eſt morbus quò magis ab habitu priſtino ſalubri totum corpus vel partem trahit in extrema. Morbi magnitudo præſumitur ex vi ſymptomatum, receſſus verò à naturali ſtatu ab ægrotantis naturâ: quantum igitur morbus ſuperat naturalem habitum, tantum & ſibi æqualem alterationem aut evacuationem requirit. Juxta hunc
3. Meth. & alibi. ſenſum Galen. non ſemel docet ſicciora remedia exigere carnem ulcere tentatam, quam os, tendinem, membranam, & alias partes carne temperamento ſicciores.

Similiter quò pars denſior fuerit minuſque poroſa, validiora poſtulat, quò rarior, leviora.

Altior in corpore ſitus partis affectæ, fortiore indiget, quia longitudine itineris multum de viribus medicamenti deperditur.

Pars princeps vehementia renuit, ignobilis non recuſat.

Exquiſito ſenſu prædita ab acribus

læditur, obtuſiore verò iiſdem juvatur. Aquilonia tempeſtas validiora, auſtrina verò mitiora expetit.

Copia materiæ morbum parientis proportionato indiget evacuante, ut radicitùs auferatur. Sed quia partium conditio,robur ægrotantis & materiæ contumacia plerumque ſuſtinere nequeunt plenam & ſubitam evacuationem, ideo partitis vicibus agendum, ut ex pluribus parvis unica fiat evacuatio copiæ humoris reſpondens, quod non tantum de purgatione, ſed & de ſanguinis miſſione intelligi oportet. Id vero maximè in uſu eſt in chronicis affectibus,in quibus materiæ copia & contumacia impedit quin tota poſſit ſemel valido etiam purgante expelli, nullumque eſt in mora periculum. In acutis verò diſpar ratio,materia enim tenuis eſt,quam natura tentat ſubitò per criſim ſolvere: in his tamen non eſt ita citò procedendum,ut nulla virium aut impedimenti ratio habenda ſit; ſi enim turgente materia, viſcerum inflammatio inſignis validam purgationem reſpuat, abſtinebimus mochlicis, quia

admodum calefaciunt & perturbant, utemur verò blandis purgantibus, prout neceſſarium videbitur repetendis. At ſi non reclament vires, nullumque obſtet prohibens, vehemens morbus ſubitò delendus, ne citò vires opprimat; tum quia melius eſt aliquo virium diſpendio morbum depellere, quam ſinere causâ morbificâ vires obrui. Quod accidit in morbis extremis quia præcipites ſunt, quales ſunt apoplexia, inflammatio in[illegible] partium, & omnis ille affectus in quo materia eſt turgens.

Quouſque tandem agendum ſit, indicatur à fine ad quem tendit actio remedii indicati, qui alius non eſt quam ſtatus ſalubris: ad illud enim punctum redire intentio eſt, à quo morbus ſumpſit exordium; nempe ad ſtatum ſalubrem, tanquam ad terminum curationis.

Quartum eſt de occaſione & tempore opportuno remedium exhibendi. Hoc autem inſinuat præſentia indicantis, & abſentia prohibentis. Occaſio remedii eſt inquit Galen. quando præſens eſt indicans & vires non

l. de opt. ſecta.

prohibent, hæc autem præceps eſt, ex Hipp. præſertim in acutis: unde alia eſt temporanea, quæ ſequitur univerſale morborum tempus, alia momentanea quæ particulare, eſt que dies, hora; vel momentum exhibendi remedii. Occaſio univerſalis habet certam latitudinem; particularis vero intra anguſtos limites coërcetur. *Aph.*1. *ſ.*1.

Conſideratio univerſalium morborum temporum utilis eſt tum ad inſtituendam victus rationem, tum & ad peculiare remedium adminiſtrandum; talis enim eſt curationis ratio, qualis morborum per ſua tempora mutatio. Cum morbi inchoant inquit Hippocr. ſi quid videtur movendum move. In acutis raro & in principiis medicamentis purgantibus utendum, &c. Ita in morbis chronicis affectus qui longiùs protrahitur, vix niſi mutatis remediis ſanatur: quod intellige non de remedii mutatione ſecundum qualitatem ac ſpeciem, quando certi ſumus de cauſæ qualitate; tunc enim non ſecundum ſpeciem, ſed ſecundum formam & vim agendi immutandum eſt remedium. Sic ſi morbus ſit cali- *Aph.*19. *ſ.*1.24. *ſ.*1.

dus qui frigidis non miteſcat, non eſt calidis utendum; omnia enim ſecundum rationem facienti, ſi ſecundum rationem non cedant, non tranſeundum ad aliud, docente Hipp. ſed ita agendum, ut ſi priùs mitioribus uſi fuerimus, deinde validioribus utamur, & è contra; ſimplex enim affectus qui levioribus præſidiis tempeſtivè non ceſſit, fortioribus aliquando profligatur.

Aph. 51. *ſ.* 2.

Quolibet morbi tempore vel effrænatè vel languidè, vel ſufficienter movet natura; ſi effrænatè, coërcenda eſt; ſi languidè, juvanda; ſi ſufficienter, ſinenda eſt.

Ultimò obſervandum de loco in quo & per quem remedia ſunt adminiſtranda: Quod indicatur à loco in quo eſt indicans: Ad quod oportet ut Medicus anatomes peritus externas, vel internas vias eligat aptiores, per quas devehi poſſit alterantis aut roborantis facultas. Evacuantia verò per loca conferentia educere debent, ad quod non ſolum ſequi debemus nativam humorum propenſionem, ſed & vias per quas natura ſolet cum æ-

gri levamine ſeſe expedire à noxiis humoribus : quò natura vergit, inquit Hipp. per loca conferentia, eò ducendum. Sic evacuatio commodè fit per ductus, in quos natura ſolet dirigere ; quam ut imitetur Medicus, oportet ut teneat ſolennes vias, ad quas ipſa ſua deponit excrementa, quæ ſunt os, inteſtina, veſica, uterus, nares, ipſaque totius emunctorium, cutis. Sciat quoque particulares ductus, per quos faciliùs vitioſi humores excluduntur. Ita cerebrum expurgatur per ſuturas, os, nares, aures : pectus per expectoratum : ventriculi pars ſuperior ἄνω, inferior κάτω potius ſublevatur : inteſtina per alvum, hùc jecur & lien : tum & diureticis, quibus & renes & veſica : uterus per ſuam ipſius cervicem. Per has vias tam in naturali quam præternaturali ſtatu, ſponte ducit natura, ſi evacuationem dirigat. Quæcunque enim aliter fit, nec naturæ motu, nec arte, humoris orgaſmo provocatur. *Aph. 21. ſ. 1.*

Omnia remedia, quæ exhibet Pharmacia, reducuntur ad tria genera, primum eſt alterantium, ſecundum eva-

cuantium, tertium roborantium, accedit quartum genus eorum quæ paregorica dicuntur. Alterantia indicantur ratione qualitatis : evacuantia ratione quantitatis : roborantia ordinantur ad partes : paregorica reſpiciunt urgentia ſymptomata.

Cum autem remedia non præſcribantur niſi ſub certa quadam & determinata formâ, formula in qua exhibentur nihil aliud eſt quam modus varius, ſub quo adminiſtrantur, qui diverſus eſt, prout varia eſt pars affecta, morbi natura, cauſæque qualitas.

Totum hoc opus in quatuor partes dividitur : in prima agitur de alterantibus : in ſecunda de evacuantibus : in tertia de roborantibus : in quarta de lenientibus & paregoricis.

PARS PRIMA.

De Alterantibus.

EXCREMENTA quæ peccant quantitate protinùs evacuanda ſunt, nimis enim retenta in cauſas morborum faceſſunt. Sed quia non rarò purgationi obſtant primis, ſecundis qualitatibus, corruptione, aut putredine; ideo prius (modo abſit orgaſmi ſuſpicio) alterantibus, digerentibus, coquentibus præparanda, & ad ſtatum naturali ſimilem reducenda ſunt, ut ſit fauſta & ſine δυσφορία, purgatio. Si enim qualia purgantur, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσι docente Hipp. quia vero etiam ſæpè partium intemperies & debilitas virium purgationem prohibent vel retardant, iis quoque convenientibus auxiliis providendum. Utroque igitur nomine purgationi præmittenda alteratio, quæ eſt commutatio ab alterante facta, ut amiſſa Aph. 25. ſ. 1.

contentorum partiumque qualitas reſtituatur. Qualitas hic dicitur quodcunque ſit, ſeu tertiæ ſpeciei, ſeu modus ſubſtantiæ in motu, quiete, tenuitate, craſſitie, &c.

Neque obſtat quod res contrariæ virtutis, idem remedium alterans componant; omnia enim ſimul ſeſe ad commodam craſim deducunt. Dum plura diverſæ naturæ concurrunt in unam alterantis formam, conſtat illud ſubſtantiis diſſimilibus, quas ſeparat vis diſſolvens ventriculi, & quæ hùc illùc in vaporis formâ, vel ſanguinis ſerique beneficio devehuntur, aguntque ſecundum propriam vim, vel remiſſam ob pugnam & complexum, vel quantula pollent, dum à ſe invicem penitùs abeunt, aut alterum alteri prædominatur, prout diſpoſuit intentio præſcribentis.

Juxta hunc ſenſum alterantia ſunt, quæ corrigunt vitioſam qualitatem partium, vel humorum.

Dividuntur in ſimpliciter alterantia, & in alterantia mixta: quæ vel ſunt compoſita ex alterantibus & roborantibus, vel ex alterantibus & purgantibus.

Primò, Simpliciter alterantia exceſſum qualitatis attemperant; quæ vel eſt immaterialis, & exigit alterans contrarium; vel eſt cum materia bilioſa, pituitoſa, melancholica, quæ præter vitium primarum qualitatum, peccat, vel tenuitate & incraſſandum, vel craſſitie & attenuandum, vel lentore & incidendum, vel viſciditate & detergendum, vel ex eo quod materia ſit impacta cum obſtructionibus & aperiendum, vel occultâ peccat qualitate & alexipharmacis agendum. Præterea peccat ejuſmodi materia, vel motu, vel quiete, vel in parte diviſa.

Secundò, Alterantia mixta ex alterantibus & roborantibus reſpiciunt partes vel ex ſe, vel ab humoribus intemperatas, debileſque; & dicuntur parti cuilibet & humori ſpecifica, quia ſimul alterant & roborant. Hæc vel uni parti ſpecifica ſunt, ſic cerebro cephalica, cordi cardiaca, mammis maſtoica, ventriculo ſtomachica, hepati hepatica, lieni ſplenica, inteſtinis enterica, renibus nephritica, veſicæ cyſtica, teſtibus ſpecifica, utero hyſterica, articulis arthritica: vel ſimul

miſcentur quæ pluribus partibus affe-ctis competunt, & dicuntur ſpecifica mixta.

Vitium materiæ in motu indicat ratione fluentis humoris incraſſantia, ratione partis recipientis repellentia, ratione viarum intercipientia & ad-ſtringentia.

Vitium materiæ in quiete, nempe dum materia eſt impacta aut immota, vel inſenſibiliter diſſipatur per reſol-ventia, abſumentia: vel ſenſibiliter per veſicantia, ſuppurantia, tumorem aperientia.

Vitium materiæ in parte divisì, ſi ſimplex ſit ſolutio petit agglutinan-tia; vulneraria ſi cum deperditione ſubſtantiæ, ſarcotica, epulotica.

Ex hoc alterantium catalogo juxta prædictas indicationes, ſequentia de-ſignantur remedia.

Primò, Alterans ſimplex refrigerans humectans, bilem tenuem incraſſans, craſſam attenuans, præparans pitui-tam, melancholiam, atram bilem.

Obſtructiones aperiens.

Malignam qualitatem emendans.

Secundò, Alterãs ſpecificum, ophtal-micum,

micum, bechicum, cardiacum, mammis dicatum, ſtomachicum, hepaticum, ſplenicum, inteſtinis appropriatum, nephriticum, cyſticum, teſtibus ſpecificum, hyſtericum, arthriticum.

Pluribus partibus una remedii formula appropriatum.

Tertiò, Alterans & purgans bilem, pituitam, & melancholiam.

Quartò, Incraſſans materiam fluentem, repellens à parte recipiente, intercipiens & adſtringens in via, adſtringens in meatu latiori.

Quintò, Reſolvens & abſumens materiam impactam, emolliens duram, diſſolvens grumos, deſiccans, ſuppurans, tumores aperiens, pyroticum.

Sextò, Agglutinans, vulnerarium, ſarcoticum, epuloticum.

Materia remediorum ad has intentiones adimplendas idonea pro diverſâ partis, morbi, cauſæque naturâ, & idioſyncraſiâ ægrotantis præſcribitur ſub variis formis, quales ſunt, pro alterantibus internis, julepus, apozema, juſculum, emulſio, hordeatum, lac & ſerum lactis, hydromel, priſana,

diæta, ſyrupus, bolus, opiata, pulvis, tabellæ, pillulæ: pro alterantibus verò externis fomentum, epithema, balneum, embrocatio, ſtupha, linimentum, ceratum, cataplaſma, emplaſtrum, dropax, veſicatorium.

De quolibet tria obſervanda ſunt. *Primò*, Compoſitio. *Secundò*, Uſus. *Tertiò*, Formula. Compoſitio includit materiam ingredientium, quantitatem, qualitatem: uſus diverſos fines ad quos præſcribuntur: Formula modum præſcribendi.

In uſu alterantium non eſt tanta ipſis fides habenda, ut ab ipſis ſolis qualitatis vitium corrigi poſſe credatur; fruſtra enim decoctis, pulveribus, opiatis, tabellis & ſimilibus morbum tentaveris, ſi evacuatio ſit neceſſaria; plus enim tunc proderit venæ ſectio atque purgatio humores ventilando, & naturam oppreſſam ſublevando, quàm longa ex alterantium ſerie potio deprompta.

SECTIO PRIMA.

De ſimpliciter Alterantibus.

CAPUT I.

De Iulepo.

Ulepus eſt medicamentum fluidum ex liquore idoneo & ſyrupo el ſaccaro ſine coctione paratum.

Compoſitio ipſius ſimplex eſt, & er hoc differt ab apozemate, à ſyruo verò quia liquidus eſt. Præſcribun-ur liquor & ſyrupus in eâ proportioe, ut pro ℥.j. ſyrupi ſint. ℥.vj. vel viij. quoris. Determinatur quantitas uiuſque ſub hac proportione, pro tione ætatis, conſuetudinis, roboris entriculi, & uſus neceſſitatis; minor im doſis in pueris, inaſſuetis, ſtomano debilibus, & calore minùs inſo, major è contrà.

Componi ſolet ex aquis ſtillatitiis, l ex herbarum decocto: tunc maxi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mè utimur aquis, quando vel decocta faſtidit ægrotans, vel ob ventriculi laborem non ſuſtinet, vel quando res urget, & deficit tempus decocta parandi, vel quando adeſt herbarum penuria, ut in hyeme.

Tempus ſumendi eſt hora quælibet, ſed potiſſimùm ſexta matutina, & nona veſpertina, duabus aut tribus horis poſt & ante juſculum.

Uſus plurimi ſunt, vix tamen ad alios ſcopos uſurpatur, quàm

Primò, Ad refrigerandum. Pro quo utiles ſunt aquæ cichorii, endiviæ, portul. papav. rhœad. nymph. bugloſſ. borrag. ſyrupus limonum, de cichor. ſimplex, violatus, capill. veneris, & ſimiles.

Forma julepi hæc eſt.

℞. Aquar. cichor. lact. an. ℥. iij. ſyrupi limonum ℥. j. fiat julep. capiat manè & veſperè.

Ex chymicis poſſunt diſſolvi vel addi

Sal prunellæ à ʒ. ß. ad ʒ. j.

Spiritus vitrioli, vel ſulphuris à gutt. iv. ad gutt. vj. vel ad gratam aciditatem.

Spir.ſalis dulcis à ℈.j. ad ʒ.ß.

℞. Decocti cichor.lact. q.ſ. ſyrupi violati, vel limon. ℥.j.vel de nymph. ℥.ß.ſalis prunel.ʒ.ß. fiat julep.

Vel ex decocto magis compoſito pro 3. doſibus.

℞. Folior.cichor.totius,capill.ven. acetoſæ, lact. borrag.an. M.j.quatuor ſemin.frigidor. maj.an.ʒ.j. hordei integri & flor. cordial. ana p.i. fiat decoctio pro 3. doſibus; adde cuique ſyrup. capill. ven. ℥.j. ſpirit. ſulph.ad gratam aciditatem; capiat veſperè & manè.

Nota abſtinendum eſſe à ſpiritibus acidis in conſtitutione valde ſiccâ, quando humores ſunt aduſti melancholici, major enim ab his fit exſiccatio & humorum fermentatio.

Secundò, Ad ſitim exſtinguendam, & bilis ardorem temperandum.

℞. Aquæ hord.℥.viij.ſucci limon. recenter expreſ.ad gratam aciditatem, ſacch.albi, vel ſyrupi capillorum veneris ℥. j. agitentur ſimul & ſæpè transfundantur à vaſe in vas. Fiat julep. capiat uno hauſtu.

Vel

℞. Aquar. papav. rhœad. portul. an.℥.iij. ſalis prunel. ʒ.ß. ſyrupi violati ℥.j. miſce f. julep.

Tertiò, Ad diaphoreſim promovendam in febribus malignis & peſtilentibus, variolis, &c.

℞. Aquar. cardui bened. papav. rhœad. ſcorſon. an.℥.ij. confect. hyacinthor. & ſalis prunel. an.ʒ.ß. pulveris viperini ℈.ß. ſyrupi limon.℥.j. fiat julep.

Vel

℞. Aquar. ſcab. papav. rhœad. an. q. ſ. ſalis cardui bened. vel ſcab. ℈.ß. lapidis bezoardici veri gr. iv. ſyrupi capill. vener. ʒ.vj. fiat julep.

Poteſt etiam diſſolvi ex chymicis in aquis hujuſmodi

Bezoardicum minerale ad ℈.ß.

Bezoardicum joviale ad gr.viij.

Spiritus ſalis dulcis ad ℈.j.

Ad plures uſus ſolet etiam præſcribi julep, de quibus tradetur exemplum ſuo loco.

Quando iterari debet julepus, ſic præſcribitur.

Reiteretur julep. ſumendus veſperè & manè, horâ, &c.

CAPUT II.

De Apozemate.

APozema ſic dictum à verbo Græco ἀποζέω, quod idem ſignificat ac decoquo, fervefacio, eſt decoctum alterans, quod humores & ... tres vario modo immutat.

Fit ex ſimplicium decocto, *primò*, ... lices præſcribuntur, ligna, cortices, ... ox herbæ, tum fructus, & ſemina, ... ox flores. Coctio fit in aquâ fontis ... l fluviali: non præſcribitur quanti... s aquæ, ſed arbitrio pharmacopœi ... inquitur. Communiter præſcribitur ... o 3. aut 4. doſibus. Diſſolvitur in ... ıalibet doſi ſaccharum vel ſyrupus ... tentioni idoneus ad ℥.j.

Tempus ſumendi eſt manè & veſ... rè, ut diximus de julepo.

Singula doſis excedere non debet ... vj. ſunt tamen qui ad ℥.viij. expo... nt, & alii bis, alii ſemel in die pa... ıntur. Pueri vix ultrà ℥.iiij.

aut v. admittunt: adulti verò plures, niſi ſint nauſeabundi.

Uſus eſt

Primò, Ad alterandos, & purgationi præparandos humores, nec non ad obſtructiones reſerandas.

Quando bilis calidior, ſiccior, tenuior, & acrior eſt, in febribus acutis moleſtum parit orgaſmum, ideóque refrigerantibus, humectantibus, incraſſantibus, & demulcentibus acrimoniam eſt temperanda, quod fit ſequenti decocto.

℞. Radic. cichor. acet. bugloſ. an. ℥.j. folior. cichor. lact. portul. oxalid. bugloſ. an. M.j. 4. ſemin. frig. maj. an. ʒ.j. paſſular. purgat. ℥.j. hord. integ. & florum violar. nymph. an. p.j. fiat decoctio ad ℔. j. ß. pro 3. doſibus: adde cuique, ſyrupi violati vel granatorum ℥. j. vel de nymph. ℥. ß. ſalis prunel. ʒ.j. capiat bis in die.

Vel

In forma julepi ſanguinem, bilemque refrigerantis & incraſſantis.

℞. Aquar. lact. papav. rhœad. portul. an. q. 5. ſyrupi granator. ℥.j. ſalis prunel. ʒ. ß. fiat julep.

Bilis quandoque exhauſtis tenuibus partibus, craſſior evadit,& partibus impacta. Quod ferè accidit in omnibus febribus, quæ ab ipſius putredine oriuntur; in quo caſu refrigeranda, humectanda & attenuanda. Hoc præſtat ſequens decoctum.

℞. Radic. gramin. aſpar. bruſci ana ℥. j. folior. cichor. cum toto, endiu. ſcariolæ, capill. ven. pimpin. agrim. ana M. j. 4. ſemin. frig. mai ana ʒ. j. hord. integri, flor. cichor. & trium cordialium, an. p. j. fiat decoctio pro 3. doſibus. Adde cuique, ſyrupi capill. vener. vel de cichor. ſimpl. ℥. j. ſpiritus vitrioli, vel ſulph. gutt. vi. capiat veſpere & manè hora, &c.

Pituita excrementitia peccat frigiditate, humiditate, craſſitie, lentore, & viſciditate; quæ vitia corrigi debent alterantibus quæ calefaciunt, exſiccant, attenuant, incidunt, & detergunt; pro quo intento ſequens decoctum utile eſt in affectibus à pituita, ut in aſthmate, paralyſi, apoplexiâ, epilepſiâ, & ſimilibus; tum & in febribus pituitoſis.

℞. Radic. apii, petroſel. fœnic. ana ʒ.vj. radic. enulæ campanæ, & ſalſæ paril. ana ℥.ß. folior. agrim. beton. capill. ven. hyſſopi, chamæpit. an. M.j. ſemin. fœnic.petroſ. an.ʒ.ij. flor. ſtœchad. calend. an.p.1.f.decoctio in aqua fontis pro 3.doſibus non claris, ſed ſæpius colatis. Adde cuique, ſyrupi de 5.radic. ℥.j.

Raro hæc pituita colligitur in corporibus præſertim iſtius regionis, quæ ferè omnia calore potius quàm frigiditate à mediocritate recedunt. At ſi aliquando ob alimenta ad illam producendam apta, vel propter aëris hyberni inclementiam redundet, videndum eſt num calor viſcerum & ſanguinis prohibeat uſum remediorum, quæ intenſiùs calefaciunt, exſiccant, & attenuant, in quo caſu mixtis ſecundum diverſas indicationes alterantibus utendum.

Aliquando humor pituitoſus craſſus, viſcidus, mucoſus & ſibi multum cohærens, pituitam frigidam mentitur, cum tamen effectus ſit caloris ſenſim humidum reſolvendo incraſ-

ſantis, & multos ſales aduſtos terrenamque fæculentiam contineat, à quibus coagulatur. Huic calefacientia & exſiccantia non competunt, ſed potius leviter detergentia, attenuantia, & demulcentia; qualia atræ bili, & melancholiæ aduſtæ conveniunt.

Pituita quandóque tenuis eſt & ſalſa, caloris aliquantò particeps, qualis eſt quæ movet catarrhum ferinum cum tuſſi, tunc utendum non calidis, ſed temperatis, admixtis quoque frigidis incraſſantibus, ut

℞. Radic. cichor. ℥. j. ß. folior. endiv. bugloſ. capill. vener. pimpin. & lactucæ, an. M. j. ſemin. melon. cucurb. lact. alth. an. ʒ. j. paſſul. purg. jujub. an. ℥. j. hordei integri & flor. cordialium, ana p. j. f. decoctio pro 3. doſibus: adde cuique, ſyrupi capill. vener. ℥. j. ſalis prunellæ ʒ. ß.

Humor melancholicus frigidus eſt ſiccus, craſſus, tartareus, & fæculentus, præparatur iis quæ vim habent calefaciendi, multum humectandi, attenuandi, & incidendi.

Sequens decoctum prodeſt in febribus longis, quartanis, vertigine, me-

lancholia, obſtructionibus à craſſis & terreſtribus humoribus. Et quia difficilè attenuatur & humectatur humor melancholicus, & valdè alterantibus reſiſtit, ideò frequenter iterari debet.

℞. Rad. apii, fœnic. enul. camp. ana ℥. j. corticum radic. capparis, mediani fraxini, & tamariſci, an. ℥. ß. fol. bugl. utriuſque, fumariæ, lupuli, agrim. meliſſæ, capillarium omnium, ana M. j. ſeminum apii, cuſcutæ, ana ʒ. ij. florum geniſtæ, tamariſ. & trium cordial. an. p. j. f. decoct. pro 4. doſibus non claris, adde cuique, ſyrupi de pomis, vel capill. ven. vel de 5 . rad. ℥. j.

Ex chymicis diſſolvitur utiliter in qualibet doſi.

Tartarum vitriolatum ad ʒ. ß. vel

Spiritus tartari ad ℈. j.

Ex bile aduſta fit atra bilis, quæ calida ſicca & craſſa eſt, ideoque refrigerantia, multum humectantia, ſimul & attenuantia expoſtulat.

Huic igitur, & bili cuicunque aduſtione incraſſatæ, convenit ſequens formula.

℞. Radic. cichor. bruſci, fragariæ, ana ℥. j. corticis mediani fraxini ʒ. vi.

folior. cich. agrim. bugloſ. utriuſque cum radicibus, fumar. ceterach, politici, ana M. j. ſummitatum lupuli, aſparagi, ana M.ß. 4. ſeminum frigid. maj. an. ℨ. j. pomi redol. fruſta aliquot, flor. cordial. calendulæ, an. p. j. f. decoct. pro 4. doſibus. Adde cuique ſyrupi de pomis ſimplicis, vel capil. vener. vel violati ℥. j. capiat manè & veſperè.

Ad majorem & faciliorem præparationem addi poteſt.

Tartarum vitriolatum ad ℈. j. vel

Spiritus tartari, vel nitri, ad gutt. vi. vel

Sal prunel. ad ℨ. ß.

Si plures diverſæ naturæ ſucci concurrant, & viſcera, venaſque anguſtiores obſtruant, utendum eſt aperientibus, quæ nitroſa vi pollent & ſubamara ſunt; ideóque attenuant, incidunt, penetrant, & abſtergunt; ubi cauſa calide prævalet, prædominari debent refrigerantia.

Decoctum aperiens in affectibus chronicis hepatis: lienis meſenterii, uteri cum obſtructionibus, ſuppreſſis menſtruis, pallidis coloribus.

℞.Radic.bruſci,aſpar.apii ana ℥.j. cort.mediani fraxini & tamariſci,ana ℥.ß. folior. cichor. cum toto, agrim. ceterach, capill. vener. cæteſ.an.M.j. folior. chamædrios & hyſſop. an. p.j. ſemin. melon. cucurb. petroſ. an.ʒ.j. flor.cordial.tamariſ.an..p.j. f.decoct. ad ℔.1.ß.pro 3.doſibus ſæpius colatis. Adde cuique,ſyrupi de 2.aut 5. radic.vel capillorum ven. ℥.j. capiat manè horâ ante admotionem fomenti, ſi hoc utatur ægrotans.

Ex chymicis addi poteſt cuique doſi,

Sal. tamariſci vel fraxini ad ℈.j.

Spiritus nitri aut tartari ad ℈.ß.

Continuari debet uſus prædictorũ apozematum quandiu permittet ægri patientia,& morbus exiget.Quia verò faſtidiunt plerúmque ægrotantes decoctorum uſum,ideò per 4.aut 5.dies poſt & ante purgationem aſſumuntur, & deindè forma remedii aperientis mutatur in juſculum,bolũ, vel opiatam : & ſi neceſſarium ſit ob affectus contumaciam, rurſus renovandus eſt uſus apozematum cum fomentis;purgatio verò per intervalla repetenda.

Apozema in febribus malignis, peſtilentibus, variolis, & ſimilibus vide in capite de cardiacis.

CAPUT III.

De juſculis alterantibus.

Cogimur ad uſum juſculorũ alterantium cùm decocta faſtidiunt ægrotantes, aut ventriculus ea, propter debilitatem, pati non poteſt: vel etiam ut in morbis longis mutetur forma remedii, ne uni familiariter aſſueſcens natura vim illius tandem eludat.

Iuſcula vel ſunt alterantia, vel reſtaurantia, vel purgantia.

Alterantia fiunt ex radicibus & herbis convenientibus cum pullo gallinaceo, vel fruſtulo colli carnis vervecinæ, vitulinæ, aut caprillæ.

Ad multos uſus præſcribuntur.

Primò, ad refrigerandum in calore & ſiccitate attemperandis, ut in febribus bilioſis, calida hepatis intemperie, conſtitutione corporis gracili.

℞. Radic. cichor bugloſ. an. ℥.j.

folior. cichor. bugloſſi utriuſque, la-ctucæ, agrim.an.M. ß. hord. integri p. j. f. decoct. cum pullo gallinaceo, aut fruſtulo colli carnis caprillæ, vel vitulinæ, fiat juſculum pro unâ doſi capiat manè, & continuet per 12. aut 15. dies.

Secundò, Ad viſcerum obſtructiones reſerandas & intemperiem calidam corrigendam, ut in febribus lentis, intermittentibus longis, obſtructionibus viſcerum & meſenterii, chloroſi, ſuppreſſis menſtruis & ſimilibus.

℞. Radic. aſparagi graminis, bruſci, an. ℥. ß. fol. cichor. cum toto, agrim. pimpin. ceterach, politrici, ana m. ß. coquantur cum pullo gallinaceo aut fruſtulo carnis colli vervecini: fiat juſculum, quod capiat manè per 10. aut 15. dies.

Addi debet in quolibet juſculo aliquod ex ſubſcriptis aperientibus chymicis, ut

Tartarum vitriolatum ad ℈. j.
Tartarum chalybeatum ad ʒ. ß.
Chriſtall. tartari ad ʒ. ß.
Spiritus tartari ad ℈. j.
Spiritus volatilis ſalis armoniaci à ℈. ß. ad ℈. j.

Spiritus vitrioli martis à ℈.ß.ad ℈.j.

Crocus martis aperiens ad ʒ.ß.

Tinctura martis ad ʒ.j.

Tinctura tartari à gutt.iv.ad gutt. viij.

Magiſterium tartari Schroderi ad ℈.ß.

Liquor tartari ſpleniticus ad cocl.ß.

Spiritus gummi ammoniaci ad ℈.ß. in contumaci, craſſa, viſcoſa, mucilagine pulmonum, meſenterii reſolvendâ, tum & in obſtructionibus diuturnis lienis, hepatis, uteri, mira præſtat.

Quorum omnium compoſitio traditur à plerìſque chymicis, & præcipuè à clariſſimis viris Schrodero, Zuvelfer, Sennerto, Glaſero & aliis.

In pallidis virginum coloribus cachexia, ictero, & ſimilibus.

♃.Radic.bruſci, apii, rubiæ tinctorum, ana ℥.ß.fol.cichor.totius, capillarium omnium, ana M.ß.flor. calendulæ p. j. fiat decoctio cum fruſtulo colli carnis vervecinæ aut vitulinæ pro juſculo, in quo diſſolve aliquod ex prædictis aperientibus, inter quæ, ſequentia ſunt magis appropriata.

Tartarum chalybeatum.

Tinctura martis.

Spiritus volatilis ſalis armoniaci, ad prædictam doſim.

Liquor tartari ſpleniticus.

Tartarus nitratus ad ℈.j.

Crocus martis cachecticus Zuvelfer. ad ʒ.ß.

Diaphoreticum antimonii Schroderi à ℈.ß. ad ℈.j.

Aliquando etiam cùm obſtructiones ſunt contumaces, nec reluctatur ventriculus, in decocto præſcribitur poſt radices, chalybis præparati in modulo incluſi ʒ.j. vel ſi ad ℥.ß. pro 4. aut 5. vicibus inſervit.

Perſeverandum eſt in uſu iſtorum juſculorum ad minus per decem aut quindecim dies, & in quarto, vel quinto quoque juſculo incoqui debet ſenna ad ʒ.ij. aut ʒ.iij. cum aniſo, & ſale tartari ad ʒ.ß. imò & vicibus alternis etiam diſſolvi debet manna ad ℥.j. aut ℥.j.ß. vel in iis qui infarctus majores patiuntur ab humoribus craſſis, etiam diacarthamum ad ʒ.iij. vel aliquod ex panchymagogis infrà dicendis.

Tertiò, Sumitur juſculum ad fluxio-

nis tenuis in pectus fluentis acrimoniam demulcendam, in affectibus catharroſis pectoris, tuſſi diuturna, &c.

℞. Radic. bugl. fragrariæ, an. ℥. ß. radic. ſchinæ minutim ſectæ ʒ. j. ß. folior. cichor. borrag. agrim. capill. veneris, pimpin. an. M. ß. hordei integri & flor. roſar. rubr. an. p. i. fiat decoctio cum fruſtulo colli carnis vitulinæ pro juſculo, quo utatur per 10. aut 12. dies.

Addi poteſt in quolibet.

Saccharum roſat. ad ʒ. ij.

Lactis ſeu butyri aut magiſterii ſulphuris cochlear. ß.

Rotularum pectoralium Zuvelfer. ʒ. j.

Antimonium diaphoreticum ad ℈. j. recenter parari debet, nam diutiùs ſervatum malignam ſuam qualitatem recuperat, nempè quia ſuum ſulphur ob detonationem cum nitro ex parte fixum redditur, dum ex alia parte evaporat: fixum autem quod ſupereſt redditur volatile, aut temporis diuturnitate, aut quia aëri exponitur; & ſic ex diaphoretico fit emeticum & cordi infenſum.

Vide, num cum fluxione humoris tenuis & acris circa pectus deerrantis, aut tuſſim excitantis, ſocientur partium inferiorum intemperies, obſtructio, & infarctus: in quo caſu non eſt ſimpliciter refrigerantibus, incraſſantibus & detergentibus utendum, ſed etiam leviter aperientibus, & per vices purgantibus, indicatione ſumpta à cauſa producente vitioſos humores, qui fluxionem conſervant, dum propter obſtructiones viarum, nec ſegregantur, nec per deſtinata loca expurgantur, ſed cum ſanguine confuſi, in pectus, aliaſve partes dilabuntur.

4. Ad tenuem ſanguinem incraſſandum in hæmoptyſi, & ad conſtringenda vaſa, tum quoque ad intemperiem calidam pulmonum corrigendam, ut & in menſtruorum & hæmorrhoidum fluxu, &c.

℞. Radic. bugl. ſymphyti maj. an. ℥. ß. fol. lact. portul. plant. pulmon. & millef. an. m. ß. roſar. rubr. p. j. f. decoctio cum fruſtulo carnis vitulinæ pro juſculo per 12. dies ſumendo.

Diſſolvi poteſt unum ex his.

Saccharum roſarum tabulatum ad ℥. iij.

Magiſterium boli armeni.
Terræ ſigillatæ.
Corallorum rubror.
Cornu cervi ad ʒ.ſs.
Crocus martis adſtringens à gr.x. ad gr.xv.

Cavendum eſt, ne dum ſanguinem incraſſare volumus, viſcerum obſtru-ctiones(ſi quæ ſint)augeamus. Tunc enim, ut dictum eſt, miſcenda ſunt remedia quæ leviter aperiunt & detergunt cum his quæ vaſa conſtringunt, & ſanguinis acrimoniam temperant, ut alterantibus & per vices purgantibus admixtis, cauſa acrimoniæ & tenuitatis ſanguinis,in partibus & humoribus conſtituta auferatur.

2.Reſtaurantia juſcula præſcribuntur ad vires reparandas aut conſervandas; quorum formula peculiaris non præſcribitur,quia parari ſolet ab ægro miniſtrantibus. Docere debet ſolum Medicus hujuſmodi juſculum confici ex pingui capone exenterato, & in fruſta conciſo, detracta pelle & pinguedine, quod deinde ponendum in ollâ vitreata ritè clauſa & lutatâ ſine ullo liquore, niſi parum aquæ

roſar. & florum aurantiorum addere volueris; deindè coquitur in B.M. ad putrilaginem, ſeu ferè ad ſiccitatem. Exprimitur ſuccus, à quo pinguedo ſeparari debet, & ſervari in vaſe argenteo, aut vitreo in loco frigido. Ex hoc ſucco duæ aut tres unciæ pro ſingulis juſculi libris adduntur: aut in alternis juſculis refrigerantibus duo cochlearia miſcenda ſunt.

3. Purgantia juſcula, de quibus infrà, dum de purgantibus & alterantibus.

CAPUT IV.

De Emulſione.

EMulſio eſt remedium formâ liquidum, ex medullâ fructuum & ſeminum quorundam contuſâ, affuſo liquore idoneo inſtar lactis emulctum.

Componitur ex fructibus qui ſunt vel amygdalæ, vel pinei; ex ſeminibus, nempè quatuor frigidis majoribus, lactucæ, papaveris albi, & cæteris pro ratione morbi, humoris, & intentio-

nis curativæ. Pro liquore ſumuntur aquæ ſtillatitiæ, vel aqua hordei, vel decoctum ex refrigerantibus, &c.

Uſus plurimi ſunt.

1. Ad ſitim exſtinguendam, & æſtum temperandum, in febribus, cæteriſque calidis affectibus pulmonum, capitis, &c.

℞. Amygdal. dulc. infuſar. in aqua roſar. paria vj. quatuor ſemin. frigid. maj. mundat. an. ʒ. j. ſemin. lactucæ, & papav. alb. an. ℈. j. contunde mortario marm. ſenſim affundendo decocti hord. vel aquar. portul. & papav. rhœad. q. ſ. fiat emulſ. pro 2. doſibus. Adde cuique ſalis prunel. vel ſalis polycreſti ʒ. ß. ſyrupi violati ℥. j. vel de nymphæa ℥. ß. capiat veſperè & manè.

Nota non eſſe præſcribendam emulſionem pro multis doſibus, præſertim æſtate, quia vel corrumpitur, vel aceſcit, vel vim alterandi remiſſiorem habet; ideóque ſolum pro una doſi, vel pro duabus præſcribenda eſt. Quantitas fructuum & ſeminum juxta dictam formulam augeatur, vel minuatur, prout unam aut plures doſes vo-

lueris: quantitas liquoris modo major, modo minor eſt, prout craſſior vel dilutior emulſio expetitur: relinquitur arbitrio pharmacopœi dū dicitur q. ſ.

Cave, ne acida commiſceas, quippe ſubſtantiam lacteſcentem facile præcipitant; ideóque ſpiritus acidi vitrioli, ſulphuris, ſuccus limonum & ſimiles non ſunt addendi.

2. In pectoris affectibus calidis pleuritide, peripneumonia, tuſſi, ſiccitate pulmonum, febre hectica, &c.

℞. Amygdal. dulcium præpar. paria vj. 4. ſemin. frigid. maj. an. ʒ. j. ß. ſemin. lact. & papaver. albi, ana ʒ. ß. contunde in mortario marmoreo, ſenſim affundendo aquar. papav. rhœad. q. ſ. f. emulſ. pro duabus doſibus. Adde cuique ſyr. viol. vel capill. ven. ℥. j. ſalis prunellæ ʒ. ß.

3. Ad humoris & urinæ acrimoniam demulcendam, in renum ardoribus, dyſuria, gonorrhœa.

℞. Amygd. dulc. præpar. in aqua roſac. infuſar. ℥. ij. 4. ſemin. frigid. maj. plantag. & portul. an. ʒ. j. ſemin. alth. & papav. albi ana ℈. j. contunde ut artis eſt, & affunde decocti hordei

liqui

liquiritiæ q.ſ.f. emulſ. pro duab. doſ. adde cuique, ſyrupi violati vel de nymph. ℥.j. ſal. prunel. ʒ.ß.

4. In febribus malignis, variolis, & in quibus diaphoreſis juvanda, æſtus caloris temperandus, acrimonia humorum demulcenda, & vires roborandæ.

℞. Amygd. dulc. excortic. ℥.j. ſemin. melon. cucurb. napi, card. bened. an. ʒ.j. contunde in mortario marmor. ſenſim affundendo aquar. ſcab. papav. rhœad. q.ſ.f. emulſ. pro duabus doſib. adde cuique, ſyrupi limon. ℥.ß. ſalis prunellæ ʒ.ß. confect. hyacinth. ℈.j. capiat veſperè & manè.

5. In vigiliis immodicis ad ſpirituum ſiccitatem corrigendam ſomniumque conciliandum.

℞. Amygd. dulc. excort. infuſar. in aqua roſac. n. vj. 4. ſeminum frigid. maj. ʒ.iij. ſemin. lact. & papav. alb. an. ℈.j. contunde ut artis eſt, & ſenſim affunde aquæ papav. rhœad. vel nymph. ℥.viij. f. emulſ. pro una doſ. Adde ſyrupi de pap. ʒ.iij. vel nymph. ℥.ß. ſalis prunell. ʒ.ß.

In debilibus adde confect.hyacint. ℈. j. vel ʒ. ß. ad frangendam vim narcoticorum cordi inimicam.

In prædictis emulſionibus addi poteſt aquæ roſar. ℥.ß. & ſi adſit alvi fluxus ad ℥.ij.

CAPUT V.

De lacte & ſero lactis.

DE lacte nota differentias, uſum, modum præſcribendi, & cautiones.

Differentiæ lactis multæ ſunt, aliud enim humanum, temperatius cæteris; ideò naturæ humanæ magis analogum.

Caprillum aliud, mediocris conſiſtentiæ, ſed ſiccioris, ſeu minùs humidum quàm humanum.

Ovillum craſſius & minùs ſeroſum.

Aſininum maximè ſeroſum & proindè magis laxat, emollit, refrigerat, & tergit; ſed minus nutrit.

Vaccinum craſſum & pingue.

Uſus plurimi ſunt.

1. Ad nutriendum, pro quo hic

ordo bonitatis inter lactis genera conſtituitur, ut primas teneat humanum, deinde caprillum, poſtea ovillum, mox aſininum, ultimò vaccinum.

2. Ad alterandum, & ſecundùm varios ſcopos, aliud alteri præfertur.

In dyſenteria, diarrhæa, menſium & hæmorrhoidum fluxu, tenuitate ſanguinis calidioris, vaccinum eligitur; quòd ſi ferre non valeat debilis ventriculus ob craſſas quibus conſtat partes, ovillo, vel caprillo, vel aſinino uſtulatis utendum.

3. Ad alterandum & nutriendum, ut in phthiſicis & febre hectica conſumptis, cæteriſque morbis qui refrigerante, detergente & reficiente alimento indigent.

Aſininum cæteris præſtat, accedit humanum, poſtea caprillum.

Modus utendi varius eſt pro diverſa lactis natura. Humanum ab ubere ſugitur, quodvis ex cæteris recens emulctum & tepidum ſumi debet, jejuno ventriculo & optimè ab excrementis repurgato, nam ob partium tenuitatem facilè corrumpitur: quieſcendum ab eo ſumpto: non dormien-

dum capitis doloribus tentatis aut obnoxiis, & viſceribus æſtuantibus; nec comedendum niſi ex ventriculo exciderit. Saccharum aut mel additur, ne corrumpatur & acefcat. Nonnullis etiam placet, ut loco ſacchari, ſalis modicum addatur.

Aliquando præſcribitur lac humanum, vel vaccinum pro omni alimento, maximè in phthiſicis, & podagra, cæteriſque affectibus, in quibus vel timemus, ne lac cum alimentis corrumpatur; vel in quibus vis coctrix debilis eſt ad digerendum ſolidiora alimenta; aut in quibus non ſufficit, ut una vice in die lac exhibeatur: tunc verò quartâ quaque horâ in ea doſi quam ferre poteſt ventriculus, propinatur, & tempore prandii, tum & cœnæ exhibetur panatella.

Modus præſcribendi hic eſt.

Utatur lacte aſinino ſtatim ab ubere extracto per menſem integrum, ſumendo *prima* die ℥. iv. ſacchari ℥. ß. augendo ſingulis diebus lactis doſim donec pervenerit ad ℥. x. aut ℔. j. & ſacchari ad ℥. ij. plus minùs pro ætate, & ventriculi tolerantia, & perſeveret

in eâdem copiâ, quam quotidie manè ſumat quatuor horis ante cibum, quo tempore neque dormiat neque vehementiùs ſeſe commoveat: in ſine ſenſim minuatur lactis quantitas, donec redeat ad primam doſim.

Eligatur animal ſanum, non nimis pingue, ætatis mediæ.

Lac optimum eſt colore candidum, mediocri conſiſtentia, & ſapore dulci præditum.

Paſcatur gramine & hordeo, ducatur ad liberum paſtum matutinis & veſpertinis horis, nec nimis exerceatur, ne incaleſcat; mundetur ſtrigilibus, & in loco non fœtido ſtabuletur.

Cautiones plurimas docet Galenus Comment. in Aphor. 64. ſect. 5. Hipp. in quo quibus noceat, & quibus conveniat lac, oſtendit. Sed præ omnibus hoc advertendum, ne præſcribatur dum adeſt febris intenſior, dum obſtructa ſunt viſcera, impura, vel calidiora, niſi probè repurgata, reſerata, & balneis temperata fuerint. Cavendum quoque ne ventriculus ſit valdè debilis & frigidus; nam ut in æſtuante nidorem contrahit, ſic & in frigido aceſcit.

Nota quod in dyſenteria, menſium fluxu, & ſimilibus ſi præſcribatur lac, chalybe ſit uſtulandum, maximè aſininum, minùs vaccinum, & addendum aliquid ex trochiſcis incraſſantibus, aut adſtringentibus. Cave tamen ab obſtructionibus, ſi quæ ſint.

℞. Lactis aſinini, vel vaccini chalybeati, &c. Adde trochiſci de terra ſigillata, vel de bolo armen. ℈.j. vel ʒ.ß. capiat manè & veſperè, quatuor horis poſt & ante cibum.

Partes lactis ſunt tres, 1. ſeroſa, quæ tergit: 2. butyroſa, quæ laxat, & emollit: 3. caſeoſa, quæ ſiſtit & obſtruit.

Serum lactis non eſt alimentum, ſed remedium alterans, & non nihil evacuans.

Separatur à reliquis lactis partibus duplici modo. 1. per ſe, 2. per admixtionem rei ſeparationem juvantis.

Per ſe ſecernitur ſeroſa ſubſtantia à caſeosâ, ſi lac non nimis recenter emulctum calori exponatur.

Juvat ſeparationem coagulum vituli, agni, juvat quoque & citò ſeparat liquor acidus, ut acetum, ſuccus limonum, ſpiritus vitrioli, herba acetoſæ incocta.

Modus ſeparandi hic eſt, ſumatur lactis certa quantitas, ponatur in olla vitreata; ut primùm bullire incipiet, injice aceti optimi vel alterius prædicti liquoris acidi parùm quidem, ne nimium aceſcat ſerum: permitte ut bulliant per breve temporis ſpatium; extrahe ab igne, refrigerato lacte, ſeparatum ſerum videbis limpidum, ſi benè præparatum fuerit. Vel quod minùs noxium eſt, utere coagulo, & ſi non fuerit perventum ad integram ſeparationem, ſecretum ſerum pone in patinâ, aut ollâ vitreatâ, & cum modico ſucco limonum bulliat, refrigera & cola.

Præſcribitur verno tempore per xv. dies aut menſem integrum, corpore ab obſtructionibus, & ab excrementis libero, poſt alterantia & purgantia repetita quantùm neceſſitas exiget.

Doſis eſt ab ℥.viij. ad ℔.j aut ℔.j. ß. manè jejuno ventriculo, addito ſaccharo roſato in proportione ad ſeri copiam, juxta illud quod dictum eſt de lacte.

Uſus eſt,

1. Ad refrigerandum, in non valdè

emaciatis, quibus meliùs comperteret lac, vel in iis qui obſtructionibus facilè implicantur, citiùs enim penetrat ſerum quàm lac, in iis quoque, quibus æſtuant viſcera, præmiſſis tamen univerſalibus. Sic præſcribitur.

Utatur ſero lactis caprilli per menſem integrum, ſumendo ſingula vice, &c. ut ſuprà diximus de lacte & de ſaccharo.

2. Ad refrigerandum peculiariter in morbo melancholico, lepra, ſcabie, renum & hepatis ardore: & maximè ſi herbæ refrigerantes, ut fumaria, cichorium, acetoſa, & in melancholicis epithymum, per aliquot horas macerentur, vel leviter ipſi recenter parato incoquantur.

Sic autem præſcribitur.

℞. Seri lactis optimè depurati q.ſ. infunde per noctem, vel leviter incoque folior. cichor. m. j. ß. coletur manè ad ℔. ß. vel ℔. j. addendo ſacchari roſati ℥. j. capiat manè quatuor horis ante paſtum per menſem integrum, augendo doſim ſingulo die, donec ad ℔. j. ß. ſeri lactis, & ℥. ij. ſacchari pervenerit: deinde minuendo,

donec ad parem primæ doſim revertatur.

Utiliter ſic præſcribitur in prædictis morbis melancholicis.

℞. Seri lactis optimè depurati q. ſ. macerentur per noctem, vel ſtatim atque manè paratum fuerit, incoquantur folior. fumariæ m. j epithymi p. j. colaturæ ad ℔. ß. vel ℔. j. adde ſacchari roſati, & ſucci pomorum redolentium ana ℥. j. vel ℥. j. ß. capiat manè, &c.

Quandiu continuabitur uſus lactis, aut ſeri lactis, oportet ſextam, vel octavam quamque doſin reddere purgantem, ne lac aut ſerum lactis contactu excrementorum, quæ ab ipſo aut ab alimentis ſoboleſcunt, corrumpantur. Hoc autem exequimur diſſolvendo in lactis aut ſeri doſi ſyrupi magiſtralis purgantis morbo appropriati ℥. ij. vel incoquendo ſero lactis ſennæ cum aniſo ʒ. iij. vel etiam in his qui uberiori indigent purgatione, diſſolvendo in hujuſmodi tinctura ſennæ, mannæ ℥. j. vel ℥. j ß.

Quibus ineſt frigidus ventriculus, ſomnus ſuadetur ſtatim ab aſſumpto lacte; quibus verò calidus, prohibe-

tur, imò in gracilioribus & calidioribus viſceribus per uſum lactis, aut ſeri lactis, balneo, aut ſemibalneo uti prodeſt, ſumendo lactis aut ſeri doſim ſtatim in ingreſſu balnei aut poſt horæ quadrantem.

CAPUT VI.

De Hordeato.

VEteres idem dicebant ptiſanam, quod nos hodiè hordeatum vocamus. Conficiebant ex hordeo mundato in aqua perfectè cocto, ex quo cremor hordei eliciebatur, qui febricitantibus erat pro cibo. Nos verò mutato nomine hordeatum dicimus illud quod antiqui ptiſanam.

Hordeum duplex eſt, 1. integrum: quod refrigerat & exſiccat in 1. gradu; & ratione corticis detergit, docente Galeno. 2. Excorticatum, illud nempè quod hordeum mundatum dicitur, quod refrigerat & humectat: proindè ſuccum præſtat laudabilem & aptum omnibus morbis acutis, fe-

7. De ſimpl. med.

bribus hecticis,iiſque quibus tuſſim, & thoracem leniendo juvat πτυαλισμόν.

Uſus multiplex eſt.

1. Ad temperandam humorum acrimoniam in macilentis.

℞. Hordei mundati ℥.ij. decoque in aquâ fontis, ſed primùm fervefacta abjiciatur, nova addatur, & coquatur igne lento ad crepaturam, trajice deinde per colum, & ad ℥.viij. liquoris adde ſacchari ℥.ij. capiat manè jejuno ventriculo, & veſperè dum it cubitum. Addi poteſt aqua roſar. vel ſuccus pomor. redolent. ℥.j.

2. Ad tabidos, hecticoſque humectandos, nutriendos; & in empyicis, aut phthiſicis ad expectoratum promovendum.

℞. Hordei mundati optimè loti ℔.ß. plus minus prout neceſſitas exiget, fiat decoctio in aquâ fontis puriſſimâ lento igne uſque ad perfectam crepaturam; aquam colo ſepara, & extrahe pulpam ab hordeo per ſetaceum, quæ ſervetur in vaſe argenteo, aut terreo vitreato optimè cooperto, in loco frigido non multùm humido, quia citò liqueſceret. De quâ pulpa,

duo aut tria cochlearia diſſolve in juſculo, & coquantur per ſemihoram ad modum liquidæ panatellæ, addendo ſacchari roſati ℥. ß. capiat bis aut ter in die.

Non eſt magna quantitas paranda, potiſſimùm æſtate, ne aceſcat; recens enim paratum magis humectat & nutrit.

Ad eundem ſcopum paratur hordeatum tenue ſub juſculi forma, ut

℞. Hordei mundati vel integri optimè loti ℥. ij. coque cum fruſtulo colli carnis vitulinæ, vel cum pullo gallinaceo, colatura ſumatur inſtar liquidioris panatellæ, cum vel ſine ſaccharo.

Nota 1. quòd hordeum integrum magis convenit, cùm intentio eſt potius abſtergere, quàm incraſſare, & metus eſt obſtructionum.

2. Videndum, num viſcera in imo ventre obſtructiones patiantur, aut infarctus ſit in meſenterio; tunc enim noceret uſus hordeati, augendo obſtructiones, in quo caſu, ſi macies, tuſſis, & aliæ indicationes uſum hordei inſinuent, ſic paranda juſcula.

℞. Hordei integri M. ß. radic.

gram. bruſci. an. ℥. j. ß. coque cum fruſtulo colli carnis vervecinæ, vel cum pullo, addendo ſub finem cichor. totius, pimpin. agrim. politrici, ana M. ß. colaturam capiat manè.

3. Ad leniendam tuſſim in rheumate, & aliis calidis affectibus, ut & in convaleſcentibus ad ſomnum conciliandum.

℞. Hord. integr. M. j. coque in aquæ fontis ℔. iij. donec fiat conſumptio ad ℔. j. cola ſine expreſſione; aquæ ſic paratæ parum incoque ſacchari ℥. ij. pone in phiala vitrea; capiat ℥. vj. vel viij. addendo aquæ roſarum ℥. ß. in qualibet doſi. Debet ſumi ter in die, manè, de meridie, hora quarta, & in lecti ingreſſu.

CAPUT III.

De Hydromelite.

Quod à veteribus dicebatur melicratum aut mulſa, à nobis hydromel vocatur.

Duplex eſt, ſimplex, vel compoſitum.

Simplex etiam duplex eſt, aquoſum ſeu dilutius, quod à Meſue paratur ex mellis una parte, & octo aquæ. Hodie verò conſtat ex aquæ decem aut duodecim partibus,& una mellis. Aliud vinoſum dicitur,quod meracius eſt,vini ſaporem & colorem redolet,fitque ex quatuor aquæ partibus & una mellis.

Nos in his regionibus calidis aquoſo tantum utimur pro ptiſana in morbis frigidis capitis, nervorum, ſenum tuſſi, aut quando abſceſſus internus ruptus eſt in ventre infimo, aliáve parte, cùm detergendi, roborandi, & à putredine præſervandi adeſt indicatio.

♃. Mellis opt. ℔. ß. aquæ fontis ℔. v. coque & detrahe ſpumam, & cùm non amplius ſpumaverit, cola,& pone in phiala vitrea,utatur pro potu ordinario.

CAPUT VIII.

De Ptiſana.

QUod ab antiquis vocabatur ptiſana, erat cibus ex hordeo perfectè coćto : apud recentiores ptiſana dicitur illud , quo in morbis utimur pro potu ordinario.

Componitur ex variis ſecundum intentionem medici, vulgò non præſcribitur pharmacopœis , ſed ægro miniſtrantibus.

Uſus multi ſunt.

1. Ad refrigerandum , & humećtandum in febrientibus bilioſis, ſanguineis, tuſſiculoſis.

℞. Hordei integ. M.ß. aquæ fontis ℔. vj. aqua fervefaćta abjiciatur, nova addatur, & fiat decoćtio ad tertiæ partis conſumptionem: utatur pro potu ordinario.

Vel

Utatur hydroſaccharo pro potu ordinario.

Componitur ex duodecim aquæ

partibus & duabus ſacchari ; ut ſi ſit ℔.j. aquæ, debent eſſe ſacchari ℥. ij. plus minus pro ægri voluntate , & morbi exigentia , ſæpe à vaſe in vas debet transfundi. Prodeſt in febribus ardentibus, tertianis, ſynochis, choleræ morbo, cæteriſque putredine comitatis ; in quibus æſtus admodum urget , ſi ſuccus limonum recenter expreſſus immiſceatur ad gratam aciditatem , & ſic fiet potus , qui vulgo dicitur *limonade* ; bilis coërcet motum , & temperat æſtum.

2. Ad refrigerandum & aperiendum in calidis affectibus, in quibus adſunt obſtructiones.

℞. Hord. integ. M. ß. parum coque, & aquam projice, deinde adde radic. graminis præparati & contuſi ℥. j. ß. aquæ fontis ℔. viij. fiat decoctio ad tertiæ partis conſumptionem, colaturâ utatur pro potu.

Addi poteſt in ſingula doſi , æſtu & ſiti urgente , ſal prunellæ ad ʒ. ß. vel. ʒ. j. & ubi adeſt putredo aut malignitas , poſſunt etiam cum ſale prunellæ immiſceri iv. aut v. guttæ ſpiritus ſulphuris , & ad majus refri-

gerium addi ſyrupus aliquis intentioni aptus, ut ſyrupus limon. capill. ven. violatus, maximè ſi adſit æſtus pulmonum, tuſſis, in quo caſu prædicta acida minus competunt, quia noxia ſunt in morbis pulmonum calidis.

In febribus verminoſis puerorum cæteriſque acutis, aut malignis.

℞. Hord. integ. p. ij. rad. acetoſæ & gram. an. ℥. j. aquæ fontis ℔. viij. fiat decoctio; colatura ponatur in phiala vitrea, in qua aliquot fruſta acidi limonum miſceantur.

Æſtivo tempore, & autumnali convenienter nive aut glacie ptiſana refrigeratur in omnibus affectibus calidis, etiamſi adſit alvi fluxus à bile. Cave tamen ne obſtructiones & infarctus inſignes adſint, aut aliqua inflammatio interna hepatis, lienis, meſenterii, pleuræ, pulmonum, uteri; tunc enim potus glacie refrigeratus eſt toxico pejor; quia magis inpingit materiam, & reſolutioni ineptam reddit, unde *νέκρωσις*.

In quartana & cæteris morbis melancholicis.

℞. Radic. bruſci ℥. j. folior. cete-

rach. M. ß. fiat decoctio cum aquæ ℔. vj. colatura utatur per ſe vel cum vino tenui, ſi non repugnet febris.

In affectibus calidis pectoris, paratur ex hordeo integro, liquir. paſſul. mund. jujubis, & aliquot fruſtis pomi redol.

3. Ad exſiccandum in morbis frigidis & humidis cerebri, nervorum, & ſimilibus.

℞. Radic. chinæ in taleolas ſectæ, vel ſalſæparillæ minutim ſectæ ℥. j. aquæ fontis ℔. vj. infunde tepidè per duodecim horas, deinde fiat decoctio ad tertiæ partis conſumptionem, addendo ſub finem cinnamomi vel coriandri præparat. in nodulo incluſi ʒ. ß. colatura utatur pro potu ordinario.

4. Ad aſtringendum in dyſenteria vel alvi fluxu à cauſa calida.

℞. Raſuræ eboris & cornu cervi an. ʒ. ß. aquæ fontis ℔. vj. f. decoct.
Vel

℞. Roſar. rubr. ſicc. ℥. j. aquæ tepidæ ℔. iij. ſpiritus vitrioli ʒ. j. infunde tepidè per ſex horas: colatura per ſe utatur, vel addendo ſacchari albi ℥.

iv. hoc modo parata ptiſana dicitur tinctura roſarum.

Diſſolvi poteſt in qualibet doſi exhibenda, aliqua quantitas ſyrupi cydonior. vel granatorum, vel parum conſervæ roſar. Genuenſium, vel ſequentis julepi Alexandrini.

℞. Aquæ roſar. ℥.x. ſacchari albi ℥.ij. coquantur parum, & utatur per ſe ex cochleari, vel cum aqua pro potu ordinario.

Vel

℞. Aquæ roſar. ſucci cydonior. & granat. an. ℥.iv. ſacchari albi ℥.iij. coquantur parum ad eundem uſum.

Quando adeſt febris, putredo, & alvi fluxus, ad leniendam tuſſim, nauſeam, bilis fervorem.

℞. Aquæ roſar. ſucci granat. & lim. recenter expreſſi, an. ℥.iv. ſacchari albi ℥.iij. coque parum & eodem modo utere.

Valent prædicta in menſium, & hæmorrhoidum fluxu, hæmoptyſi, &c. ſequens etiam pro iiſdem affectibus decoctum utile eſt.

℞. Rad. conſolidæ maj. ℥.ß. aquæ font. ℔.iij. fiat decoctio, colatura utatur pro potu ordinario.

Vel

℞. Raſuræ eboris ʒ.j. aquæ fontis ℔.iij. coquantur pauco tempore; colatura utatur per ſe, vel cum ſuccis prædictis, aut cum julepo Alexandrino.

Paretur ptiſana ex ſola infuſione millefolii & pimpin. æſtate frigidè, hyeme tepidè, per 4. horas.

5. Ad refrigerandum, aperiendum, & aliquatenus nutriendum, cùm deliniendа eſt humorum acrimonia, obſtructiones reſerandæ, ulterior macies impedienda, ut in febribus bilioſis, lentiſque, tabe, gracilibus quoque, & abhorrentibus juſcula.

℞. Hordei integr. M.j. rad. gram. ℥. ij. f. decoctio cum pullo gallin. in ℔.vj. aquæ fontis ad medias; decolatur. capiat cyathum bis terque diu noctuque.

SECTIO II.

De Alterantibus ſpecificis.

IN curatione morborum, non quælibet remedia, ſed parti laboranti propria & ſpecifica, ſunt eligenda; ſic in cerebri morbis utimur cephalicis, &c.

Specifica igitur ſunt, quæ non tantum præparant humores, ſed & certa quadam ſubſtantiæ proprietate partes roborant, tonum ipſarum conſervando, aut reſtituendo, dum earum intemperiem corrigunt.

Nota quod, nuſquam morbi ſunt ſimplices, nec una ſolum niſi rariſſimè pars affecta: unde in omnibus morbis ſociandæ ſunt indicationes, habitâ ſemper conſideratione majori urgentioris morbi, aut partis.

CAPUT I.

De Cephalicis.

CErebrum, ob propriam temperiem frigidam & humidam, figuram quoque,& ſitum,ſæpius frigidis & humidis tentatur affectibus; aliquando etiam ob ſanguinis & bilis æſtum calidis ſiccisque morbis detinetur; nonnunquam etiam mixtis ex utriſque, ut in comate vigili, lethargo, typhomania & ſimilibus.

Propter hoc, remedia cephalica vel ſunt calefacientia & exſiccantia in morbis frigidis & humidis,vel frigefacientia & incraſſantia in calidis & ſiccis; vel mixta ex utriſque.

In cauſa frigida, apoplexia, epilepſia, paralyſi, tremore,dolore,intemperie.

℞. Radic. enulæ camp.valerianæ, & pæon. maris decreſcente luna collectæ,ana ℥.j.polypodii & viſci quercini, an. ℥.ß. folior. betonicæ, chamæpit.primulæ veris, meliſſæ,cichor.

totius, agrim. an. M.j. ſemin. pæoniæ maris, ſeſeleos maſſil. coriandri præpar.an.ʒ.ij flor.anthos, tiliæ, lilii convallium, an.p.j.f.decoct.ad ℔.j.ß pro 4.doſ. non claris, ſed ſæpius colatis, adde cuique ſyrupi de ſtœchade, vel oxymelitis ſimplicis ℥.ß.capiat manè 3. horis ante juſculum.

Poteſt addi in qualibet doſi, vel cum alio remedio propinari.

Spiritus meliſſ. vel angel. zedoariæ ad gutt. x. vel alicujus ex his extractum ad ℈.j.

Sal angelicæ vel meliſſ. ad ℈.j.

Extractum ambræ griſ. ad gr.ij.

Spiritus antapoplecticus Schroderi à gutt.vi. ad x.

Nota quod, in dicto apozemate ſemper miſcenda ſint quædam refrigerantia, eaque quæ hepati & lieni proſpiciunt, ne dum calefacimus cerebrum, ſanguinis & viſcerum calorem intendamus.

In cauſa calida, ut dolore, delirio, mania, intemperie calida & ſicca ſpirituum, &c.

℞.Hordei mund.℥.ß.rad.acetoſæ, bugl.& cichor.an.℥.j.folior.utriuſque

bugloſ.lact.cich.portul.an M.j. ſeminum 4.frigid.maj.lact. & papav.albi, ana ℨ.j.florum cordial.nymph.ana p.j. fiat decoct. ad ℔.j ß.pro 3.doſ.adde cuique ſyr.viol.vel de nymph.℥.j.ſalis prunellæ ℨ.ß.

In forma julepi & emulſionis, formulæ tradtæ ſunt in proprio capite.

CAPUT II.

De Ophthalmicis & collyrio.

OPhthalmica dicuntur, quæ deſtinantur ad affectus oculorum ſanandos, viſumque roborandum.

Forma remedii in qua præſcribuntur dicitur collyrium, quod eſt topicum ophthalmicum oculorum affectibus conveniens. Sic dicitur græco vocabulo à ſiſtenda fluxione.

Pluribus modis componi ſolet, nempè vel in forma liquoris, vel pulveris, vel linimenti, vel cataplaſmatis; unde aliud eſt liquidum, aliud ſiccum; uſus obtinuit, ut liquidum verè & propriè vocetur collyrium.

Uſus

Uſus eſt.

1. Ad repellendum in principio fluxionis, aut inflammationis à cauſa calida.

Nota quòd, frigida repellentia non vehementer ſed mediocriter debent eſſe adſtringentia, maximè in principio, & nondum præmiſſis univerſalibus, ne humores reprimantur; & prohibeatur eorum effluxus.

℞. Aquar. roſar. plantag. ana ℥. ij. liquoris albumin. ovi agitati ſpumâ detractâ ℥. j. trochiſ. alb. Rhaſis ſine opio ʒ. *ſs.* miſce fiat collyr. de quo ſæpè aliquot guttæ inſtillentur in oculum, & lintea in eo imbuta ſuperponantur.

Vel

℞. Albumen ovi agitat. dilue aqua roſar. & oculum ablue.

℞. Mucilaginis ſeminis pſyllii & cydon. extractæ cum aqua roſar. ℥. ij. aquæ agitationis album. ovi & plantag. an. ℥. j. camph. gr. ij. fiat collyr.

Vel

℞. Albuminis fruſtum, agita cum ovi albumine, donec unguenti conſiſtentiam acquirat, de quo extende ſu-

pra linteum,& oculis tepidè applica, remove cum fuerit exſiccatum.

Vel

℞. Salis Saturni ℈. j.ß. aquæ roſar. ℥.ij. miſce, & oculos fove.

2. Ad dolorem leniendum, qui ob exquiſitum oculorum ſenſum ſæpiùs acutiſſimus eſt.

℞. Mucilag. ſemin. cydon. & pſyll. extract. in aquæ roſar. ℥. j. ß. lactis mulieb. & aquæ album. ovi detracta ſpuma, ana ℥j. trochiſcor. albi Rhaſis cum opio ʒ.ß. f. Collyrium.

Vel

Utere ſolo lacte mulierib. ab ubere ſanæ mulieris infuſo in oculum, vel laminâ carnis vervecinæ, hœdinæ, vitulinæ, frequenter admovenda.

Vel in forma cataplaſmatis.

℞. Pulpæ pomi dulcis ſub cineribus cocti ℥j. mucilag. ſemin. alth. extract. in aqua roſar. ℥j. ſs. liquoris albuminis ovi cum aqua roſar. agitati ℥ ſs.. fiat cataplaſma.

Vel

℞. Pulpæ pomi cocti ℥.j. micæ panis albi ℥. ſs. cum lacte muliebri fiat cataplaſma.

Nota, quòd in ingenti dolore addi poſſit in dicto cataplaſmate granum unum opii & croci.

3. Ad repellendum, & dolorem leniendum, quando fluxio ſimul eſt cum dolore.

℞. Aquæ plantag. ℥.i.ß. mucilag. ſem. pſyllii, alth. extract. cum aqua roſar. ℥. j. trochiſc. albi Rhaſis cum opio ʒ.ß. fiat collyrium.

4. Ad repellendum, & aliquatenus reſolvendum, ut in augmento ophthalmiæ cæteriſque caſibus, in quibus repellenda materia fluens, fluxa digerenda, & dolor leniendus.

℞. Aquar. roſar. euphraſ. ana ℥.i. lactis muliebris recentis ℥. ß. tuth. præp. ℈.i.ſs. fiat collyrium.

Vel

℞. Aquæ roſar. & liquoris albuminis ovi an. ℥.i.ſs. tuthiæ præp. & trochiſc. albi Rhaſ. ſine opio ana ʒ.i. fiat collyr.

5. Ad reſolvendum in ſtatu ophthalmiæ, & cæteris caſibus in quibus digerenda materia, & parum repellenda.

℞. Sarcocollæ lacte nutritæ ʒ.i. tuthiæ præp. ʒ.ß. mucilag. ſem. cydon.

extract.cum aqua roſar.& fœnic.℥.ij. f. collyr.

Vel

℞. Tuth. præp. ʒ.i.ſs. vitrioli albi gr.x. aloës lotæ ℈.j. ſacchari candi ℈ ij. contere & infunde in aquæ fœniculi & Euphraſiæ,ana ℥.i.ſs.colentur & f. collyr.

Vel

℞. Salis Saturni gr.xv.ſalis armoniaci gr.iij. aquæ roſar. ℥. iij. miſce utere pro collyrio.

Vel.

℞. Vitrioli albi ℈.j. aquæ plantaginis ℥.iv. infunde, cola, & utatur pro collyrio.

6. Ad exſiccandum & digerendũ.

℞. Tuthiæ lotæ in aqua Euphraſiæ ʒ.i.ſs. aloës hepaticæ ſimiliter lotæ ʒ.ſs. mellis optimi,& pomatæ recentis,ana ℥.ſs.f. collyrium,quo oculor. canthi, & palpebræ illiniantur.

Vel

℞. Aquæ Reginæ Ungariæ ʒ. ij. aquæ roſar. ℥. ij. miſce & utere pro collyrio.

7. Ad deterſionem;& conſumptionem albuginum,macularum reliquias

digerendas, & cicatricem tollendam.

℞. Sacchari candi ℥.ij. vitrioli albi, gr. viij. oſſis ſæpiæ, ſtercoris lacerti, & myrrhæ, an. ℥ ſs. fiat omnium pulvis tenuiſſimus excipiendus melle maïali & pomata recenti.

8. Ad ſcabiem pruriginoſam palpebrarum.

℞. Vini albi, aquæ roſar. an. ℥.i. aloës hepaticæ ſubtiliter pulveriſatæ ʒ. i. miſce, & utatur pro ablutione palpebrarum tepidè.

In uſu prædictorum collyriorum.

Nota 1. non eſſe adhibenda niſi præmiſſa fuerint univerſalia, aut ſimul in uſum veniant.

2. Pulveribus ſolis raro eſſe utendum, quia inſufflati fluxioné movent.

CAPUT III.

De Bechicis.

Bechica remedia dicuntur, quæ ſputum movent, thoracica etiam vocantur à parte evacuanda.

Sunt enim bechica medicamenta,

quæ pulmoni & cæteris thoracis partibus familiaria exiſtunt, & contentos humores in pectore aptos, reddunt ut tuſſi facilè excerni poſſint.

Ut humores in pectore contenti facilè excludantur, non debent eſſe nimis craſſi, quia eludunt vim moventem; neque nimis tenues, quia impulſi diſſiliunt in partes; ſed mediocris conſiſtentiæ: ob id duo genera remediorum conveniunt.

Primum, eſt eorum, quæ pituitam calefaciunt, attenuant, detergunt, & incidunt.

Secundum, eſt eorum, quæ bilem refrigerant, humectant, incraſſant, ejuſque demulcent acrimoniam.

Forma remedii ſub qua utraque adimpletur intentio, eſt apozema, julep, emulſio, juſculum, looch.

Apozema præparans pituitam in omnibus frigidis pectoris affectibus, aſthmate, pulmonum infarctu, catarrho pituitoſo, & ſimilibus.

℞. Radic. bruſci, apii, enulæ campanæ, ana ℥. j. fol. tuſſilag hyſſ. ſcab. hed. terreſtris, capill. ven. cichor. totius, an. M. j. liquir. raſæ & contuſæ

℥. ß. paſſul. purgat. ℥.j. ſemin. alth. melonum, ana ʒ. ij. florum cordial. chamom.an. p.j. f. decoct. ad ℔. j. ß. pro 4. doſib. adde cuique, ſyrupi de tuſſilag.vel oxymel.ſimpl.℥.j.

Vel in forma julepi.

℞. Aquar. ſcab. tuſſil. ana ℥. ij. aquæ cinam.ʒ.ij.oxymelitis ſimpl.vel ſyr.capill.ven. ℥.j. fiat julepus.

Cum remedii forma erit mutanda, parari poteſt juſculum ex aliquot radicibus, & herbis præcedentis decocti.

In qualibet doſi diſſolvi poteſt aliquod ex chymicis ſequentibus.

Oleum aniſi arte chymicâ extractum, ad gutt. iv.

Tinctura ſulphuris, ad gutt. vi.

Lac aut magiſterium ſulphuris, ad gr. x.

Flores benioini, ad gr.iv.

Tinctura ex vitriolo antimonii, ad gutt. vi.

Poſſunt eadem ſumi cum remedio in alia forma præſcripto, nempe cum opiata, tabellis, &c. præmiſſis tamen ſufficienter univerſalibus.

℞. Flor.benioin.gr.iij.magiſt.ſulph. gr. vi. miſce & ſumat ſingulo mane

per 15. dies cum ovi vitello, vel cum opiata appropriata.

Nota 1. quòd ſi adſit febris, vel calida viſcerum intemperies, componenda ſint decocta ex bechicis refrigerantibus, quæ ſint tenuium partium.

Nota 2. miſcenda ſemper eſſe calidioribus ea quæ leniunt, humectant, & modicè refrigerant; ne pituita ab intenſiori calore exſiccata contumaciùs adhæreſcat: ob id addenda ſunt cichor. liquiritia, paſſulæ, ſemina melon. alth. & ſimilia.

Nota 3. dum reſpicimus pituitam præparandam in pectore, ſemper habendam eſſe rationem viſcerum, & capitis, & omni judicio aſſequendum eſt num dyſcraſiâ calida, obſtructione, aut imbecillitate laborent, aut reliquæ abdominis partes infarctu; tunc enim pariter iis proſpiciendum, quia fruſtra ſtudemus pectori ſuccurrere, ſi cauſis antecedentibus, aut complicatis affectibus non opitulamur.

Bechicum bilem & tenues humores incraſſans, leniens, humectans, & refrigerans, ſputum quoque tenue

ad mediocrem conſiſtentiam deducens in phthiſicis, peripneumonicis, & ſimilibus.

℞. Fol. cich. totius, capill. ven. pimpin. pulmon. utriuſque bugloſſi, ana M j. ſemin. 4. frigid. maj. lact. & papav. albi, ana ʒ.ij liquir. & paſſul. purgatar. an. ℥ ſs. jujub. paria iv. hord. integ. & flor. cord. ana p.j. f. decoct. pro 4. doſ. veſpere & mane ſumendis: adde cuique, ſyrupi jujub. violati, vel capill. ven. ℥.j.

In Empyemate ad coctionem, maturationem materiæ, & expectoratum, ſic præſcribitur.

℞. Radic. conſol. maj. & alth ana ℥.j. fol. agrim. cichor. cum toto, capill. ven. ſcab. tuſſilag. ana M.j 4. ſemin. frig. maj. ana ʒ.ij. liquir. raſæ & contuſ. paſſul. mund. an. ℥.j. hord. integ. & flor. cord. an. p.i. f. decoct. pro 4. doſ. adde cuique, ſyr. de tuſſil. vel capill. ven. ℥.i.

Contra ſputum ſanguinis, & dyſenteriam ſingulare eſt ſequens decoctum.

℞. Rad. pentaph. tormentil. ſymphyti maj. ana ℥. i. fol. cich. ſylve-

ſtris cum toto, portulac. plantag. tenellæ, hiederæ terreſt. equiſeti, milleſ. an. M.j. ſemin. lact.portul.papav. albi, ana ʒ.ij. flor. roſar. rubr. papav. rhœad. ana p.i. f. decoct.colaturæ ad ℔.i.ß. adhuc ferventi iniice conſerv. roſar. rubr. & papav. rhœad.ana ℥.j. ſpiritus vitrioli ℈.ß. infundantur vaſe cooperto ſupra calidos cineres per tres horas, deinde fiat colatura pro 4.doſ. adde cuique, ſyrup. de roſ. ſicc. vel de corallis ʒ.vj. capiat mane & veſpere.

CAPUT IV.

De Looch.

ITa vocantur ab Arabibus, & à Græcis ἔκλειγμα, à Latinis Linctus.

Eſt medicamentum conſiſtentiâ medium inter ſyrupum & opiatam, utpote ſyrupo craſſius, opiatâ dilutius, quod ore ſumptum roris ad modum ſtillat in aſperam arteriam, in affectibus pectoris conveniens.

Aliud officinale, quod non eſt ampliùs in uſu, aliud magiſtrale, quod ex tempore pro morbi exigentia præſcribitur.

Componitur, vel ex pulveribus, bechicis,& ſyrupis; vel ex pulpa fructuum, pulveribuſque & ſyrupis; vel ex decocto pectorali.

Communiter tamen fit ex pulveribus & ſyrupis, aliquando etiam ex conſervis.

Tempus ſumendi eſt, cum adeſt neceſſitas ſputum educendi, & juvandi.

Uſus plurimi ſunt.

1. Ad ſputum juvandum, quando materia frigida & craſſa eſt, ut in aſthmate, tuſſi à pituita bronchiis impacta, & ſimilibus.

℞. Pulver. diaireos ſimplicis & ſacchari candi, ana ʒ. ii. conſerv. tuſſil. & capill. ven. an. ℥. ß. oxymel. ſcillit. q. ſ. f. looch. utatur cum baculo liquir. ſenſim lambendo.

Vel

℞. Squillæ præpar. ʒ. ij. pulver. diaireos, hyſſ. an. ʒ. *ſs.* myrrh. ℈. ij. croci gr. ij. mellis maïalis q. ſ. f. looch.

℞. Mellis opt. & butyri recent. an. ℥. j. ſacchari candi ʒ. ij. terebinthinæ venetæ lotæ in aqua ſcab. ʒ. ß. fiat looch.

Vel

℞. Syrup. de tuſſil. & capill. ven. ana ℥. j. ß. oxymelitis ſimpl. ℥. j. miſce, utatur ex cochleari ſenſim lambendo.

2. Ad ſputum juvandum, quando materia tenuis eſt & calida, in pleuritide, peripneumonia, &c.

℞. Penidior. ſacchari candi, ana ʒ. ij. pulver. diatraganthi frigid. ʒ. ß. ſyrupi violati & jujubini, q. ſ. fiat looch, utatur cum baculo liquir.

Quando materia eſt mixta ex tenui & craſſa, miſcenda ſunt quædam attenuantia, ut

℞. Penidior. & pulveris & diaireos ſimplicis, ana ʒ. i. ß. ſacchari roſ. ʒ. j. ſyr. de tuſſil. q. ſ. f. looch.

Looch incraſſans, leviter detergens in empyemate.

℞. Pulpæ radic. alth. vel paſſul. ℥. i. ß. ſacchari candi ℥. ß. ſucci liquir. ʒ. ß. cum ſyr. de tuſſil. fiat looch.

3. Ad ſanguinis ſputum compeſcendum.

℞. Conſervæ roſar. ℥. j. pulver. diatragacanthi frigidi ʒ. ij. ſyrupi de roſis ſiccis q. ſ. f. looch.

Vel

℞. Succi portul. ℥. iij. gummi arabici ʒ. j. ß. ſacchari roſati, q. ſ. f. looch.

Vel

℞. Albumen ovi, agita cum aqua roſacea, ſpumam ſepara, & adde ſemin. papav. albi & plant. ana ʒ. ß. amyli ℈. j. ſacch. roſ. q. ſ. fiat looch.

Vel

℞. Syr. viol. de roſ. ſicc. & de papav. ana ℥. ij. fiat mixtura, de qua ſumat unum, aut alterum cochlear. ſenſim deglutiendo, ter diu noctuque.

Cave: ne nimis adſtringentibus extravaſatum ſanguinem in pulmonibus detineas.

4. Ad exſiccanda & glutinanda pulmonum ulcera in phthiſi.

℞. Conſervæ roſar. & conſol. maj. ana ℥. j. gummi tragacanthi & arabici leviter torrefacti ana ʒ. ij.

plantag. & papav. alb. ana ℨ.ſs. cum ſyr. de roſ. ſic. fiat looch.

Vel

Quod prodeſt diuturnæ tuſſi, pulmonis, fauciumque ulceribus glutinandis, aſperitatibus arteriæ leniendis, in tuſſi, ſputo ſanguinis è faucibus exeuntis catarrho, raucedine.

℞. Pulpæ rad. alth. vel liquir. ℥.iij. mucilag. gummi arab. tragagant. extractæ cum aqua roſar. ℥.i.ſs. ſacch. roſ. q. ſ. f. looch.

5. Ad tenuem fluxionem in pectus ruentem in hæmoptoicis cum tuſſi, vocis raucedine, cum vel ſine febre.

℞. Aquæ roſ. ℥. vi. ſemin. cydon. mundat. ℥. i.ſs. ſacchari candi vel albiſſ. ℥.ij. pone omnia ſimul in phiala vitrea per 4. horas, fiat liquor mucilaginoſus, quo utere ſæpè diu noctuque ex cochleari.

Poteſt etiam parari ex æquis partibus aquæ florum. papav. rhœad. & roſar.

CAPUT V.

De Cardiacis.

CArdiaca ſunt, quæ cor roborant, ſpiritus reficiunt, & malignam qualitatem expellunt. Debile fit cor ob intemperiem frigidam vel calidam, à cauſa frigida vel calida, cum vel ſine malignitate: ob id remedia quæ conveniũnt, alia ſunt calida, alia frigida, alia alexipharmaca.

In cauſa frigida, ut in affectibus à veneno frigido ſumpto, vel intus genito, morſu à cane rabido, peſte, & ſimilibus, modò non adſit febris, aut non ſit valde intenſa.

℞. Radic. tormentillæ, zedoar. gentianæ ana ℥. ß. fol. meliſ. ſcab. card. bened. ſcordii ana M. i. corticum citri ſicci ʒ. iij. ſemin. cardui bened. citri, ana ʒ. ij. raſuræ eboris ʒ. i. ß. flor. bugl. utriuſque, & anthoſ. ana p. i. f. decoctio ad ℔. j. ß. pro 3. doſibus; adde cuique, ſyr. byzant. vel de cor-

tice citri ℥.vj. capiat veſpere & mane.

Vel in forma julepi.

℞. Aquar. meliſſ. card.bened.ana ℥.ij.ß. naphæ ℥ ß. aquæ cinnam. cochlear. ß. ſyrup. de kermes ℥. ß. fiat julepus.

Poteſt diſſolvi in prædicto apozemate, julepo, vel aqua ſcabioſ. aut vino unum aut alterum ex ſequentibus Galenicis & chymicis.

Confectio alkerm. à ʒ.ß. ad ʒ.j.

Theriaca à ʒ.ß. ad ʒ.j.

Aqua theriacalis Bauderoni ad cochlear.j.

Aqua theriacal. camphorata ad ℥.ß.

Sal volatilis viperinus, à gr.x.ad xv.

Elixir proprietatis Paracelſi, à gutt. viij. ad xij.

Extractum bezoardicum Quercetani à ℈.*ſs.* ad ℈.j.

Magiſterium ambræ griſeæ.à gr.ij. ad iv.

Eſſentiæ ambræ griſeæ, à gutt.vj. ad viij.

In caſu præcipiti viribus evaneſcentibus, quando tempus non datur parandi aliud remedium.

℞. Confect. alkerm. vel theriacæ vet. ʒ.ſs. vel ʒ.j. cum aquæ cinam. vel vini optimi cochlear. miſce & propina.

Sæpè etiam prædictæ eſſentiæ exhibentur ſimpliciter cum aqua appropriata vel vino, ut

℞. Salis volatilis viperarum gr. x. aquæ ſcorzoneræ, vel cardui benedicti ℥.j.ß. miſce, capiat longè poſt, & ante juſculum.

Vel

℞. Magiſterii ambræ griſ gr. ij. aquæ theriacalis camphoratæ ℥. ß. miſce & capiat.

Cave, ne iis utaris dum calida ſunt viſcera, aut febris eſt intenſa, proinde non debent eſſe in uſu, niſi in cauſa frigida: aut quando tanta eſt malignitas cum virium imbecillitate, ut febris non ſit, vel ſaltem exigua.

In cauſa calida, ut febribus malignis purpuratis, variolis, & cæteris peſtilentibus affectibus cum febre, in quibus æſtus temperandus, obſtructiones reſerandæ, putredo & maligna qualitas coërcenda, & diaphoreſis promovenda.

℞. Rad. cich. bruſci, torment. an. ℥. i. fol. cich. ſcabioſæ, capill. ven. pimpin. acetoſæ, an. M. i. ſemin. melon. cucurb. citri, raſuræ eboris an. ʒ. i. ſummit. ſcordii, & florum cordialium, ana p. i. f. decoct. pro ȝ. doſ. adde cuique, ſal, prunel. ʒ. ß. ſpiritus ſulphuris aut vitrioli, gutt. iv. ſyr. limon. ℥. ß. capiat veſpere & manè.

Poteſt addi ex Galenicis & chymicis.

Confectio hyacinthorum à ʒ. ß. ad ʒ. i.

In mulieribus obnoxiis ſuffocationi hyſtericæ pulvis confectionis hyacinth. ſine moſcho & ambra, ad ℈. i. vel ʒ. ß.

Pulvis cordis & hepatis viperini ad ℈. ß.

Sal cardui bened. vel ſcab. ad ʒ. ß. vel ad ℈. i.

Bezoardicum Joviale, vel minerale ad ℈. ß.

Antimonium diaphoreticum à ℈. ß. ad ℈ i.

Spiritus nitri ad gutt. x.

Spiritus vel cryſtalli ſalis communis dulces, ad ℈. j.

Lapis bezoardicus verus ad gr. iv. vel vi.

Aqua theriacalis refrigerans ad cochlear. j.

Aqua theriacalis refrigerans ad cochlear ſemis vel unum.

Sal volatilis viperarum ad gr. x.

Mixtura ſpiritalis ad ʒ. ß. vel ʒ. j. paratur ex aquæ theriacalis camphoratæ ℥. i ſpiritu tartari, & vitrioli, ana ʒ. i.

Poſſunt hæc alexipharmaca, & diaphoretica diſſolvi in aqua cordiali refrigerante, vel in iulepo, &c.

Nota, quod ſi adſint vermes, aut materia verminóſa, addi debeat pulvis contra vermes ad. j. ℈. in qualibet doſi: & ſi motus convulſivi quoque adſint, pulvis contra ſpaſmum pariter ad ℈. j.

Ut in forma julepi.

♃. Aquar. ſcab. portul. ſcorzon. an. q. ſ. ſyr. limon. ℥. j. confect. hyacinth. ℈. j. pulver. viperini, & contra vermes an. ℈. ß. ſalis prunel. ʒ. ß. f. julepus.

Cave à theriacalibus, ſale viperino, cæteriſque exſiccantibus quando

adeſt inflammatio interna, aut febris admodum intenſa.

Quandoque etiam exhibentur cardiaca ſub forma pulveris cum aqua cordiali, vel cum juſculo, ut

♃. Bezoardici animalis, ſalis prunellæ, magiſterii perlarum, ana ʒ.ß. miſce, capiat ℈.j. cum alterno juſculo, vel cum aqua ſcorzoneræ, aut ſcab. bis aut ter in die.

Vel

♃. Bezoardici mineralis ʒ. ij. Iovialis ʒ.ß. ſalis prunel. ʒ.j.ß. miſce f. pulvis, doſis eſt ad ℈.j.

CAPUT VI.

De Stomachicis.

STomachica ſunt, quæ peculiariter ventriculum, & humores in eo contentos alterant, ſimulque appetentiam coctionem, retentionem, cæteraſque ejus functiones adjuvant & confirmant.

Horum alia ſunt calida, alia frigida, prout ventriculus afficitur morbis

& humoribus frigidis, aut calidis.

Nota, quod non debent eſſe nimis aperientia & diuretica, ſed aliquatenùs adſtringentia, & idioſyncraſiæ ventriculi ſimilia, ut ipſius tonum conſervent.

Uſus 1. in cauſa frigida, ut inappetentia, ſingultu, nauſea, malacia, pica, inflatione & diſſolutione ſtomachi, lienteria, &c.

℞. Rad. calami aromatici, & galangæ ana ℥.ſs. cortic. citri ſicci ʒ.iij. folior. menthæ betonicæ, & abſynthii ana M. j. ſemin. fœnic. citri, coriand. præpar. ana ʒ.j. flor. ſalviæ p.j. f. decoct. pro 3. doſ. adde cuique, ſyr. cydon. ℥.ſs. capiat veſpere & mane.

Ex chymicis laudantur

Oleum aniſi arte chymica extractum à gutt. vj. ad xij.

Confectio alkerm. ad ʒ.ſs.

Opiata Salomonis ad ʒ.ſs.

Aqua theriacalis ad gutt. x.

Trochiſci de rhabarbaro ad ℈.j.

Eſſentia ambræ griſeæ à gutt. iij. ad v.

Magiſterium ambræ griſeæ ad gr. iv.

Elixir ambræ griſ. ad ℈.ß.

Elixir ſtomachicum ad gr.x.

Elixir Quercetani ad cochlear. ß.

Elixir proprietatis à gutt. viij. ad x.

Electuarium aromaticum roſatum vel diambræ ad ℈.ſs.

Uſus eorum eſt, ut per ſe ſumantur mane jejuno ventriculo,vel in apozemate prædicto,vel vini cochleari,aut liquore alio idoneo diſſolvantur, aut in pauca copia conſervæ roſar. miſceantur , ut in forma boli.

♃. Conſervæ roſar. ʒ.j. magiſterii ambræ griſeæ gr.iij.miſce,capiat mane jejuno ventriculo , per unum aut alterum diem , ſuperbibendo parum vini.

In forma opiatæ ad eundem ſcopum.

♃. Conſervæ roſar. ℥.ß.conſervæ florum anth. ʒ. ij. confect. alkerm. & opiatæ Salomonis , ana ʒ. j elixir ambræ griſ.vel pulveris diambræ ʒ ſs. ſyrupi de abſynth. q. ſ. f. opiata , de qua capiat mane jejunus ʒ.j.ſuperbi-

bendo parum vini aquâ modicè diluti.

In forma pulveris.

℞. Specierum aromatici roſati ʒ. iij. ambræ griſeæ gr. vi. ſacchari. iij. fiat pulvis. doſis eſt ℈. j. aut ʒ. *ſs.*

In forma tabellarum.

℞. Confect. alkerm. ℥. j. magiſt. vel pulveris diambræ ʒ. *ſs.* cum ſaccharo fiant tabellæ, uſus eſt per ſe, vel diſſolvendo in juſculo.

Nota 1. in ſtomacho frigido roborando, melius eſſe iis uti, quæ ſolida & craſſiori formâ parantur, quia faciliùs & diutiùs in ventriculo conſiſtunt.

Nota 2. cavendum eſſe, ne dum intendimus calefacere ventriculum, viſcerum calorem augeamus, ſæpiùs enim ventriculi debilitatis cauſa ſunt viſcera impensè calida. Tunc autem debilitas ventriculi frigiditatem mentitur; ideóque dum intendimus roborare ventriculum frigidum ſupra dictis calidis medicamentis, oportet ut ſit frigidus per ſe, non verò ob gracilitatem & diſſolutionem calidi ab intemperie calida hepatis, ut ſæpe accidit

in his qui diuturnas patiuntur obſtru-ctiones cum intemperie calida, & in affectionibus hypocondriacis, in quibus ructus aut vomitus acidus non ventriculum frigidum denotat, ſed inſignem viſcerum calorem, & humorem melancholicum fermentatum.

2. In cauſa calida dum vis ventriculi videtur diſſoluta.

℞. Rad. cich. acetoſæ ana ℥. j. fol. acetoſæ, plantag. cich. an. M.j. ſemin. plantag. cydon. an.ʒ.ij. roſarum rubrarum, & ſummitatum abſynth. pont.an.pj. fiat decoct.ad ℔.j. ſſ.pto ʒ.doſ. veſpere & manè ſumendis:adde cuique, ſyrupi granatorum, vel corall.vel cydon.ʒ.vi. cap. veſpere & manè.

Vel

In vomitione biliosa cholera, lienteria à cauſa calida, cæteriſque caſibus, in quibus ventriculus reſolvitur & calet ſequens decoctum ſtomachum & jecur roborat.

℞. Radic. cichor. tormentillæ ana ℥.ſſ.ſantali citrini, & rubri an.ʒ.j.ſſ. tamarind.℥.j.ſemin.cydon.& plantag. ana ʒ. i. roſar. rubr. balauſt. an. p.j.

fiat

fiat decoctio. Colaturæ ad ℔.j.ß. diſſolve conſerv. roſar. Genuenſ. ℥.j. ß. ſpiritus vitrioli gutt. xv. f. apozema pro 3. doſ. ſæpius iterandis.

In forma julepi, dum æſtuat ventriculus, & debilis eſt.

℞. Aquar. lact. roſar. an. q. ſ. ſyrupi de ſucco oxyacanth. vel de agreſta, vel cydon. ʒ.vj. ſalis prunel. ʒ.ß. fiat julepus.

Ex Galenicis & chymicis laudatur.

Confect. hyacinth. ad ʒ.ß. vel ʒ.j.

Magiſter. corall. à gr. vj. ad x.

Sal corall. ad ℈.ß.

Sal abſynth. vel cichor. ad ℈.j.

Viribus ventriculi admodum fractis addi poteſt aliquod ex prædictis calefacientibus, & roborantibus in pauca copia, ut magiſterium amb. griſ. elixir. ſtomachicum, &c.

Sequens opiata roborat & refrigerat ventriculum, & hepar in cauſa calida.

℞. Conſerv. roſar. Genuenſ. & cynorrhod. an. ʒ. vj. confect. hyacinth. ʒ.j.ß. magiſterii tartari & corallorum, ana ʒ.j. ſalis abſynth. cichor. ana ʒ.ſ. ſalis prunellæ ʒ.j. ambr. griſ.

vel magiſterii ipſius ℈.ß. cum ſyrupo de corallis, vel granatorum fiat opiata, de qua ſumendum eſt ad magnitudinem parvæ nucis, bis in die, manè & dum it cubitum.

CAPUT VII.

De Hepaticis.

Hepatica ſunt medicamenta, quæ hepatis intemperiem corrigunt, obſtructiones expediunt, ſimulque ſubſtantiam leviter adſtringendo, tonum ipſius roburque conſervant, aut reſtituunt.

Quia verò hepar afficitur, modò intemperie frigidi, ut in cachexiâ, hydrope, cæteriſque chronicis affectibus, ſæpè etiam calidâ, ut in febribus continuis & intermittentibus tertianis, in æſtu & fervore ſanguinis: ideò remedia ipſi competunt, modò calefacientia, modo refrigerantia.

In caſu frigido v.g. in obſtructionibus à craſſis & viſcidis humoribus, cachexia, chloroſi & ſimilibus.

℞. Radic. apii, petroſelini, eryng. an. ℥. j. fol. capillarium omnium, agrim. an.m. j. chamæpit. m. ß. ſummit.lupul.& aſparag. ana m.ß. ſemin. apii, petroſel. an. ʒ. ij. ſummit. abſynth. & flor. calend. an. p.i. f. decoct. ad ℔. j.ß. pro 3. doſ. adde cuique, ſyr. byzant. vel de 5. radic. ℥.j.

Ex iiſdem parari poſſunt juſcula alterantia, quibus addi poteſt in qualibet vice

Tartarum chalybeat. ad ʒ. ß. vel aliquod ex cæteris, quæ recenſita ſunt ex aperientibus chymicis cap. 3. de juſcul. ſect. 1.

Quando roborare intendimus, ſimul & aperire, addi poteſt

Pulvis diambræ, vel diarrhod. abbatis à ℈. ß. ad ℈.j.

Trochiſc. de Rhabarb. ℈. j.

Trochiſc.de abſynth. ℈. j.

Extractum abſynth. ad ℈, j.

Elixir proprietatis, à gutt.vj.ad xij.

Elixir ambræ griſ. ad ℈. ß.

Nota, quod in caſu frigidi hepatis non eſt utendum iis quæ prædita ſunt vehementi calore, quia robur ipſius magis infringerent, diſſolvendo;

ſed quæ incidunt, attenuant, abſtergunt, & aliquatenùs adſtringunt.

In cauſa calida, ut in prædictis affectibus productis à bile, pituita aſſata, melancholia aduſta.

℞. Radic. gram. bruſc. aſpar. an. ℥. j. fol. cich. cum toto, agrimon. capillor. ven. fumar. ceterach, an. m. j. ſemin. melon. cucurb. citri an. ʒ. ij. paſſul. purgat. ℥. j. flor. cordial. cichor. an. p. j. fiat decoct. pro 3: doſ. adde cuique, ſyr. capil. ven. vel de cich. ſimpl. ℥. j.

Ex iiſdem parantur juſcula, & in unoquoque diſſolvi poteſt aliquod ex prædictis aperientibus, ſed potiſſimùm tartarum vitriolatum, aut chalybeatum, ſal abſynth. &c.

CAPUT VIII.

De Splenicis.

SPlenica ſunt lieni propria medicamenta, quæ terrenum illius humorem attenuant, & detergunt. Ex Gal. ſimilia ſunt hepaticis, ſed paulò

valentiora , quæ minùs adſtringunt, ob craſſiora illius excrementa.

Quædam calida ſunt, melancholiæ naturali dicata, moderatè quidem,& tenuium partium : quædam verò mediocriter refrigerantia atræ bili collectæ idonea.

Eadem conveniunt decocta quæ ſuprà cap.de apozemate præparante melancholiam , & atram bilem , tradita ſunt ; quibus adde paſſim tradita,& tradenda remedia aperientia ſuo loco , ſub forma opiatæ , pilularum, pulveris ; tabellæ , &c.

Sequens decoctum prodeſt in ſcorbuticis , vertiginoſis , melancholicis, hypochondriacis , cæteriſque ſimilibus affectibus, in quibus hepar , lien obſtruuntur , & intemperie cum debilitate afficiuntur.

℞. Rac. cich. bruſci, apii, an. ℥. j. fol. agrim. cich. pimpin. cochlear. cærefolii , naſturt. aquatici , fumar. an. m. j. tartari chalybeati , & ſemin. melon. cucurb. apii , an. ʒ. ij. pomi redol. fruſtra aliquot , flor.cordial. geniſtæ , an. p. j. decoct. in q. ſ. aquæ , vel ſeri lactis caprilli pro

4. doſ. veſpere & manè ſumendis; adde cuique, ſyrupi de cichor.ſimpl. vel byzan. ℥. ß.

Poteſt diſſolvi in qualibet doſi

Tintura martis ad ʒ.*ſs.*

Sal cancrorum fluviatilium ad ℈.*ſs.*

Sal abſynth. à gran. xv. ad ℈. j.

Sal cochlear. vel chamæd. à ℈. ß. ad ℈. j.

Spiritus ſalis armoniac.ad gutt. vj. vel viij.

Et ſimilia quæ tradita ſunt cap. de juſculo, & decocto hepatico.

CAPUT IX.

De Inteſtinis Appropriatis.

INteſtina præter varios affectus, qui illis cum aliis partibus ſunt communes, hoc habent ratione conformationis, officii, & temperiei, ut præ cæteris partibus ipſis competat, vermes & flatus continere, quibus, hoc loco ſpecifica remedia, in forma qua conveniunt traduntur.

De enecantibus vermes.

Vermes necantia ſunt medicamenta quæ qualitate manifeſta , amara, acida , acri , oleoſà vel adſtringenti, aut occulta ſeu ſpecifica , lumbricos enecare poſſunt.

Amara, acria, acida, tenuitate ſuâ penetrando vermium ſubſtantiam diſſolvunt ; adſtringentia poros conſtipando;oleoſa obturando tranſpirationem,quâ ſola vivunt,impediunt;ſicque eos ſuffocant.

Julepus vermes enecans in febre verminoſa.

℞. Aq. portul. cich. ana ℥. ij. confect. hyacinth. & pul.contra vermes , an. ℈. j. corallin. præparatæ ℈. ß. ſyr. limon. ℥.ß. fiat julep.

In forma decocti.

℞. Rad. gram. cich. acetoſ. an.℥. j. fol. cich. portul. oxalidis , agrim. an. M. j. ſcordii M. ß. hord. integ. p. j. raſur. eboris ℨ. j. flor. cordial. cich. ana p. j. fiat decoct. pro 4. doſ. veſpere & manè ſumendis, adde cuique , ſyr. limon. ℥. ß. ſpirit. vitrioli

ad levem aciditatem addi poſſunt.

Confect. hyacinth. & pulvis contra vermes ad ℈. j.

Spiritus nitri, aut ſulphuris aut ſalis, ad gutt.iv.

Trochiſci de corallis, vel de cornu cervi ad ℈. j.

Lapis bezoardicus verus ad gr. iv.

Pulvis lumbric.terreſtrium in furno exſiccat. ad ʒ. ß.

In pueris, quando vermes vomitum, vel inappetentiam, vel *ſoporem* excitant, cum vel ſine febre.

℞. Aquar portul. ℥. iij. confect. hyacinth. ʒ. ß. Pulveris contra vermes, & corallinæ præparat. ana ℈. i. ſyrupi limon. ℥. ß. fiat potus.

Ex chymicis & Galenicis proſunt ad prædictos uſus,

Pulvis hieræ picræ ad ℈. ß.

Theriaca vetus ad ʒ. ß.

Pulvis viperin. ad ℈. *ſs.*

Mercurius præcipitatus ad gr. vi. vel x.

Prodeſt & hic pulvis.

℞. Corallinæ, & cornu cervi præparati, ana ʒ. *ſs.* ſemin. contra, pul. hieræ picræ an. ℈. j. fiat pulvis, de

quo detur ʒ. ß. ſingula ſeptimana; manè jejuno ventriculo, cum cochleari panatellæ.

Vel

♃. Rhab. electi ʒ j. ſemin. contra, corallin. an. ʒ. j. mercur. dulcis ʒ. ß. fiat pulvis, doſis eſt ad ʒ. ß. purgat clementer pueros & vermes necat, aut præcavet.

In febre maligna, quando vermes junguntur, ſic parantur julepi.

♃. Aq. ſcorzon. ſcab. portul. an. q. ſ. ſyr. limon. ʒ. vi. pulver. viper. ſemin. contra, an. ℈. ß. ſalis prunel. ʒ. ß. confect. hyacinth. ℈. j. f. julep.

Aliquando cùm fit commotio ob putridos malignoſque vapores; febris, vomitus, motus convulſivi excitantur, in quo caſu.

♃. Aquæ portul. ℥. iv. aquæ theriacal. ʒ iij. confect. hyacinth. & pulveris contra, an. ℈. j miſce, fiat potus, capiat uno hauſtu, vel in duas vices, ſi parvulus ſit ægrotans.

Defectu aquæ theriacalis, ſubſtituī poteſt theriaca à ℈. j. ad ʒ. ß.

De flatus diſcutientibus.

Vocantur carminantia, ea quæ ſunt ſimilia diaphoreticis; calefaciunt & attenuant, vaporeſque, & flatus à materia frigida productos, per diaphoreſim reſolvunt.

Uſus eſt in colicis, & hyſtericis doloribus à flatu, & materia frigida.

℞. Aquæ card. bened. ℥. vi. aquæ reginæ Hungar. ʒ. i. ß. ſpirit. nitri gutt. x. miſce, fiat hauſtus: detur tepidè.

Vel

℞. Decoct. abſynth. ℥. vi. ſpirit. tartari ℈. i. vel ℈. ii. miſce: capiat tepidè.

Utilia quoque ſunt ea omnia, quæ ſuprà diximus pituitam digerere, necnon ſequentia.

℞. Aquæ naphæ ℥. iij. theriacæ veter. ℈. i. aquæ cinamomi cochlear. i. vel olei aniſi arte chym. extracti gutt. vi. fiat julep.

Vel

℞. Olei aniſi ℈. ß. ſacchari aqua cinamomi ſoluti ℥. i. ß. fiant tabellæ.

Cave, ne in eorum uſu error ſit, ſit potiſſimùm cum in affectibus hy-

pochondriacis, colica bilioſa, viſceribus calidis, & humorum maxima fermentationes, à calore acri flatus erumpunt; tunc enim, non calidis quæ dicta ſunt, ſed temperatè refrigerantibus & humectantibus, iis admixtis, quæ leviter diſcutiunt, agendum eſt.

CAPUT X.

De Nephriticis.

NEphritica medicamenta dicuntur, quæ renum affectibus curandis ſunt appropriata.

Præter multos affectus, quos renes habent communes cum cæteris partibus, peculariter patiuntur ardorem, calculos, arenulas, viſcidoſque humores, & retentionem ſeri urinoſi: propter quos diverſos ſcopos, diverſa quoque competunt remedia.

Quorum uſus eſt.

1. Ad renum, & urinæ ardorem leniendum, in affectibus renum & veſicæ, dyſuriâ, &c.

In forma julepi.

℞. Aquar. lactuc. portul. nymph.

an. q. ſ ſyr. viol. vel de nymph. ℥. ſalis prunel. ʒ j. f. julepus.

In forma apozematis.

℞. Rad. cich. ℥. j. ß. rad. alth. liquir. an. ℥. ß. fol. acetoſæ, lactucæ, portul. fragar. an. M. j. ſummit. altheæ, m. ß. ſemin. 4. frig. maj. papav. alb an. ʒ. j. ß. paſſul. purgar. ℥. j. flor. violar. malvar. nymph. an. p. j. fiat decoct. ad ℔. j. ß. pro 3. doſ. adde cuique, ſyr. viol. vel limon. vel de alth. Fernel. ℥. j. ſalis prunel. ʒ. j. capiat veſpere & manè.

In forma emulſionis, vide c. 4. ſect. 1.

Nota quòd non ſit utendum diureticis & detergentibus, quando adeſt urinæ profluvium cum acrimonia & renum ardore; quin potiùs tunc refrigerantibus & lenientibus immiſcenda ſunt, quæ incraſſant & leviter adſtringunt, qualia ſunt lactuca, portulaca, fragaria, plantago, ſemen cydon. pſyllii, &c.

2. Ad calculos renum, & veſicæ comminuendos, frangendoſque; quod præſtant, 1. proprietate occultâ; 2. qualitate manifeſtâ, vi nempe detergente & incidente, cum par-

tium tenuitate, ſine inſigni calore, ex Gal. ne calculum magis excoquant & obdurent. 3. partium, qua pollent, aſperitate; hac enim ſummam calculi ſuperficiem abſtergunt, & abradendo comminuere creduntur.

Si chymicè loquimur, aliter ſentiendum de lithontripticis. Vult Tachenius calculum componi ex ſimul coëuntibus acido & alkali cum terrena fæce concreſcentibus: probat ſic; lapidem, ſeu ſit renum, ſeu veſicæ partus, pone in retorta, vi ignis mediocri extillat alkali, fruſtulis in fundo ſuperſtitibus ad digiti tactum friabilibus, quibus ſi affundas extractum alkali, rurſus indurantur in lapidem: non poſſe diſolvi calculum putat niſi à ſimili, nempe ſapore quodam medio inter acidum & alkali, ſubtili quidem ut liberè pervadat. *4. 14 Hip. ch.*

Inventum quidem laudabile, ſi quod vir clariſſimus ratione aſſequitur, idem in viventis corpore probet experimento. Similia ſimilibus ſolvi, axioma chymicum eſt; non quòd ſolvens & ſolubile ſimilia ſint in ſubſtantia, quaſi per id (ut ait) res ſol-

vatur à quo componitur; ſed in amica quadam proportione, quæ in utriuſque textura intervenit ratione figuræ meatuum & pororum, unde fit quod facilè coëant & implicentur; ſic aceto ſolvitur plumbum, ſtannum, ferrum: oleoſa ſalinis: ſalina ſulphureis ſunt pervia, licet ſubſtantiâ diſſimili: benignius menſtruum ſolvit corpus compactioris molis, quod fortiori reſiſtit: hinc ſpiritus volatilis ſalis marini ritè paratus, ſapore acidulus, nullatenùs acris diſſolvit aurum, quod non poteſt aqua fortis: ille placidè & pacatè poros ſubintrat, integris viribus per minima ſubit, abſorbet vincula atque diſjungit; hæc ad primos fervoris impetus in congreſſu frangitur, fitque cæteris partibus adeundis & diſſolvendis, viribus impar. Eadem aqua ſolvit metalla & lapides duriſſimos, non ceram, ſulphur, & pinguia: adeò quædam particulæ inſunt mineralibus, metallis, aliiſque concretis, quæ ita particularibus menſtruis prædicto modo conveniunt, ut ad eorum occurſum, quaſi currant è centro mixtionis ad amplexum,

reliquis, quas ligabant, particulis, in partes ſecedentibus.

Verùm licèt id evincat chymia ſuis experimentis, nondum tamen, de diſſolvente calculum in veſica & renibus reperto, gloriatur. Quod licet Tachenius ſibi vindicet, id tamen theoricè potius dictum putem, quamdiu multiplici non conſtabit exemplo. Solvunt quædam extra corpus lapides, quos intra non comminuunt ſine maximo nocumento; exemplo ſit, aqua fortis: ſi quod acidum innocentiùs ingeri poſſit, reperit priuſquam perveniat ad renes, aut cùm in veſicam infuſum eſt, alkalia quibus conjungitur; aut heterogenea, cum quibus fervendo colliditur, ſuiſque poſtmodum vel hebeſcit, vel exuitur aculeis.

Quæcunque igitur hactenùs lapidem atterere credita ſunt, non aliâ ratione id præſtant, quàm auferendo antecedentes cauſas per corpus diſperſas, vel abſumendo in renibus & veſica urinæ alkali, aut abſorbendo acidum, vel diſſolutione extrahendo è lapide compacto vinculum,

quo tanquam ferrumine partes ipſius ſtrictè cohærent. Quod ultimum, licet difficile, non ſuperat tamen vim artis, aut naturæ. Id verò maximè, cum menſtrua quædam mitiora ferè inſipida nec acria inventa ſint, quæ mineralia, & metalla intimiùs penetrant. & promptiùs vires exerunt, quam fortiora, quæ corrodendi vi pollent: ſintque acidulæ minerales, quæ nondum firmiter compactos lapides in fruſta dividant, & educant; ſic & lapis noviter apud Hiſpanos notus, cæteraque dudum cognita lithontriptica, inter quæ ſequentia ſunt.

In forma decocti.

℞. Rad. petroſel. apii, ononid. an. ℥. j. ligni nephrit. ℥. ß. fol. ſaxifrag. parietar. agrim. calcitrap. fœnicul. marin. an. m. j. ſem. milii ſolis, petroſ. paliur. naſturt. aquat. an. ʒ. ij. paſſul. purgat. ℥. j. granor. alkekengi ʒ. ij. florum tanaceti, virgæ aureæ, an. p. j. fiat decoct. pro 3. doſ. adde cuique, oxymel. ſimpl. vel ſcillit. vel de raphano. Fernelii, ℥. j.

Ex iiſdem poteſt parari juſculum,

& addi in qualibet dozi apozematis, vel juſculi, aut in alio liquore appropriato ex Galenicis & chymicis.

Succus limonum recenter expreſ. ad ℥. ſs. vel j.

Spiritus terebinth. à gutt. vi. ad x.

Spiritus nephriticus Schroderi, ad gutt. vj. vel viij.

Spiritus tartari, ad ʒ. ſs. vel ʒ. j.

Sal vitrioli nitrati Schroderi, ad ℈. j.

Sal tartari volatiliſati, ad gr. vj.

Lapis nephriticus ad ℈. j.

Sal fabar. ad ℈. j. vel ʒ. ſs.

Sal tartari, juniperi, ononidis, ad ℈. ſs.

Elixir nephreticum Schroderi, ad cochlear. ſs. vel j.

Aqua nephritica Schroderi, ad cochlear. j.

Pulvis millepedum ad ℈. j.

Spiritus ſalis, ad gutt. vi.

Cineres ſcorpionum, ad ℈. j. vel ʒ. ſs.

Sequens decoctum laudatur ad expellendum calculum, & ſabuloſam materiam, in renibus & veſicâ contentam.

℞. Ligni nephritici ℥.ſs. radic. petroſel.cum toto ℥.iij.cicerum rubror. parum confract.granor.alkekengi, & cremoris tartari, ana ℥.ſs. coquè in vaſe terreo cum aquæ ℔.iv.donec fiat conſumptio ad ℔. iij. adde ſub finem cinamoni ʒ.i.ſs. ſacchari candi ℥. iii. ſuccum trium limon. recenter expreſſ. protinùs remove ab igne, & cùm refrixerit coletur ſæpius: capiat ℥.vi. veſpere & manè.

Vel

℞. Olei amygdal. dulc. ſine igne extracti ℥. ij. ſucci limon. recenter extracti, & ſyrupi de alth. Fernel.an. ℥. i. fiat julep. Prodeſt in nephritide, juvat deſcenſum calculi à renibus. Loco ſyrupi poteſt poni ſaccharum candum ad ℥.i.& in inſigni dolore,loco ſacchari vel ſyrupi,ſubſtitui poteſt ſyrupus de papav. ad ℥.ſs.

Prodeſt & ſequens julepus quando ſupprimitur urina, & in dolore nephritico.

℞. Succor. pariet.& fœnic,mar.an. ℥. i.ſs. ſucci limon.& olei amygdal. dulc.recent. extract. an. ℥.i. miſce, f. julep.

In promptu ſic paratur.

℞. Aquar. pariet. alth. vel cortic. fabar. ℥. vi. ſyr. viol. vel de alth. Fernel. ℥. i. ſpirit. tartari, vel terebinth. ℈. *ſs*, vel in defectu ipſorum, ſucci lim. recent. expreſſi ℥. j. fiat julep.

3. Ad arenulas, & viſcidos humores detergendos: cui ſcopo non alia conveniunt, quam quæ pro calculo frangendo adducta ſunt.

4. Ad urinas movendas: cui ſcopo quæ ſatisfaciunt, dicuntur diuretica; ea nempe quæ ſubſtantiæ tenuitate urinas movent; de quibus dicetur in capite de diureticis.

5. Ad ſanguinem ſiſtendum in mictione cruenta.

℞. Rad. acetoſæ, conſol. maj. ana ℥. i. fol. plantag. lact. portul. millef. an. M. i. ſemin. papav. albi. portul. an. ʒ. ij. jujubar. liquir. an. ℥. *ſs*. flor. nymph. roſar. rubr. an. p. j. fiat decoct. pro 4. doſibus ſerò & manè ſumend. adde cuique, ſyr. de corallis, vel de roſ. ſicc. vel de portul. j. ℥. ſalis prunellæ ʒ. j.

In dolore ab urinæ acrimonia cum cruore, ſæpe addi ſolet ſyrupus de papavere ad ʒ. iij.

Poſſunt addi ex Galenicis & chymicis.

Trochiſci Gordonii ad ʒ. ſs.

Trochiſci alkekengi ſine opio, ad ℈. j. aut ʒ. ſs.

Trochiſci de corallis, vel de terra ſigil. ad ʒ. ſs.

Et quæ ſuprà, in juſculo de ſputo ſanguinis deſcripta ſunt.

6. In diabete, & urinæ profluvio

℞. Ligni lentiſcini ℥. iij. ligni nephritici ℥. i. ſs. ſalis prunellæ ℥. ſs. infunde in ℔. viij. aquæ fontis tepidè per 24. horas, & levi factâ decoctione, colatura utatur pro potu ordinario, & ſæpe diu, noctuque ad cyathum unũ.

In forma opiatæ.

℞. Conſer. cynorr. ℥. i ſs. conſer. flor. cichor. nymph. an. ℥. i. ſalis prunel ʒ. ij. magiſterii corallor. ʒ. i. ſs. laudani opiati gr. xv. cum ſyr. capill. ven. fiat opiata, de qua capiat ʒ. iij. vel ℥. ſs. ſingulo veſpere cum it cubitum.

In forma linimenti.

℞. Unguenti roſ. Meſues ℥. iv. lava cum oxycrato, & adde ſalis prunellæ

ʒ.iij.ſacchari ſaturni ʒ.j.ß.cum ſucco cichorii fiat linim. quo renum regio illiniatur ter in die.

CAPUT XI.

De Hyſtericis.

HYſterica medicamenta dicuntur quæ peculiariter utero pro diverſis ipſius affectibus, deſtinantur.

Uſus ipſorum à vario fine deſumitur.

1. Ad uteri commotionem ſedandam in hyſterica paſſione.

℞. Aquar. artem.naphæ,ana ℥.j.ß. aquæ cinam.gutt.x.caſtorei gr.ij. fiat hauſtus.

Quando ſymptomata maligna apparent,ut motus convulſivi, epileptici,modò febris abſit, aut non ſit valde intenſa.

℞. Aquar.meliſſæ,artem.an.℥.j.ß. theriacæ vet.ʒ.ß. caſtorei gr.ij.miſce, capiat.

Proſunt in hujuſmodi hauſtibus vel

in aqua appropriata, ut artem. flor. arant. meliſſæ, &c.

Ex chymicis.

Aqua reginæ Hungariæ, ad gutt. x. vel xv.

Oleum ſuccini ad gutt. vi.

Aqua theriacalis ad ℥. ß.

Pilulæ hyſtericæ Horſtii ad ʒ. ß.

Extractum hyſtericum Schroderi à ℈. ß. ad ʒ. ß.

Antimonium diaphoreticum ad gr. x. vel xv.

Sal Jovis ad gr. iv.

Sal antimonial. ad gr. iii. vel iv.

Spiritus ſalis armoniaci, ad gutt. x. vel xii.

In torminibus violentis, & à cauſa calida, laudanum opiaticum ad gr. ii. vel iii.

℞. Aquæ fumar. ℥. iv. ſpiritus ſalis armoniaci gutt. xii. antimonii diaph. ℈. ß. aquæ reginæ Hungar. gutt. x. miſce, capiat uno hauſtu, aut in duas vices.

Vel

℞. Aquar. meliſſ. naphæ, an. ℥. i. ſs. aquæ theriacalis ℥. ſs. laudani. opiati gr. ii. olei garyophill. gutt. iii. miſce;

fiat hauſtus: capiat una vice in vehementi paroxyſmo à cauſa calida, vel mixta.

In violenta omni cauſa, & calida, utiliſſime exhibetur laudanum, modò inſignis virium jactura non adſit, aut ſoporoſa affectio, imitando Hipp. qui in hujuſmodi caſibus remedia cum ſucco papaveris concinnabat.

Nos ſæpe motus hyſtericos graviſſimos, & maximè periculoſos compeſcuimus, ſimili modo. Referam duos caſus. *Primus* in gracili & melancholica virgine aduſta ſatis provectæ ætatis, quæ tertianâ duplici laborabat, cum motibus convulſivis, & contractione membrorum atrociſſimos dolores inferente. Poſt præmiſſam ſufficienter venæ ſectionem in brachiis & pede, cæteraque remedia evacuantia & alterantia, præſcripſimus ut duabus horis ante paroxyſmum, ſumeret ℥iii. ſequentis opiatæ; ter ſumpſit, & ſedata eſt ſymptomatum immanitas. *Secundus* caſus in virgine ſanguinea & melancholica, quæ per ſingulas noctes ab utero deliramenta cum riſu & cantu agebat, quæ pacata ſunt poſt uni-

verſalia præmiſſa evacuantia & alterantia, uſu ejuſdem opiatæ.

℞. Conſervæ flor. cichor. ℥.j. ß. confect. hyacinthor. ſine odoratis ʒ.j. magiſterii perlar. & ſalis prunellæ ana ʒ.ß. laud. opiat. ℈.j. caſtor. gr. x. cum ſucco meliſſæ vel cich. fiat opiata de qua ſumantur ʒ.ij. cùm ibit cubitum, ſuperbibendo aquæ cich. ℥.iij.

Secundus Uſus eſt in menſibus movendis pro quo.

Nota, menſes moventia non ſolùm ſanguinem attenuare, ſed etiam vaſorum uteri obſtructiones, & oſcula aperire; ſunt enim calida & tenuium partium, nec tamen vehementer exſiccant, ne ſanguinem validiùs exſiccando materiam menſtruis auferant, & in hoc menſes moventia diſtinguuntur à diureticis, quia hæc validiùs abſumendo aut coagulando, ſanguinem cogunt, & ſic fit ſeroſæ ſubſtantiæ ſecretio, quæ urinæ materiam facit.

Exhibentur in forma apozematis, juſculi, opiatæ, pulveris, tabellæ, de quibus in proprio cujuſque capite exiſtunt formulæ.

Tertius Uſus eſt ad menſes ſiſtendos, ut in menſium profluvio. ℞. Rad.

℞. Rad. ſymph. torment. ana ℥.j. folior. portul. plantag. equiſ. conſol. maj. & milleſ. an. M.i. ſemin. acetoſæ plantag. an. ʒ. ij. flor. roſ. rubr. balauſt. an. p.i. fiat decoctio ad ℔.1. ß. pro 3. doſib. adde cuique, ſyr. cydon. vel de roſis ſiccis ℥. i. capiat veſpere & mane.

In forma juſculi, opiatæ, tabellæ, pulveris; vide in proprio cujuſque capite.

Nota, ſæpè in menſium profluvio complicari tumores, abſceſſus, infarctus meſenterii, & obſtructiones viſcerum, quibus omnibus demendis incumbendum, antequam ſimpliciter adſtringentibus & incraſſantibus utamur: tunc autem utendum leviter aperientibus & detergentibus, immixtis paucis incraſſantibus & adſtringentibus, & per vices adhibitis clementer purgantibus.

Quartus Uſus eſt ad expurgandum uterum à prava colluvie, quâ ſcatet, ut in fluore albo, omnique alio impuro.

℞. Radic. aſpar. apii, bruſci, ana ℥.i. radic. ariſtol. rotund. gentian. ana ℥. ß. folior. cich. cum toto, capillar.

F

omnium, agrim. meliſſæ, ana M.i. ſummit. artem. m. ſs. ſemin. melon. cucurb. apii, an. ʒ.ij. flor. calend. p.i. f. decoct. ad ℔. i. ſs. pro 3. doſ. adde cuique, ſyrupi de duabus radic. ℥.i.

Continuari debent per aliquot dies intermixtis purgantibus. Eſt quoque obſervandum, ſæpiùs affectiones viſcerum, & infarctus conjungi, quibus omnibus propria debentur remedia.

Quintus. Ad juvandum conceptum, quod præſtant ea medicamenta, quæ roborant uterum moderato calore, aromatica vi recreant, & adſtrictione firmant.

Nota, quòd remedia ab omnibus ferè authoribus propoſita contra ſterilitatem, ſint admodum calefacientia; cùm tamen ſæpiùs ipſius cauſa ſit juncta cum intemperie viſcerum calida: ideóque ſtudendum eſt cauſis ſterilitatis antecedentibus, dyſcraſiis, obſtructionibus viſcerum, & infarctibus circa uterum latentibus, anferendis. Ad quem ſcopum alterantia, purgantia contraria, aquæ minerales, thermales, vitriolatæ adhibentur; expurgato verò corpore, & omni dempto

infarctu,partibuſque officialibus reſeratis, & temperatis, tum ad roborandum uterum deveniendum eſt reſtituendo tonum ipſius conſtitutum in ſubſtantiæ modo & debita temperie, quod fit opiatâ, tabellis, ſuffitu, &c.

In caſu frigido.

℞. Radic. eryngii, ſatyrionis ſaccharo conditar. ana ℥.vi. confect. alkerm.ʒ.i.ß.pulver.elect.diamoſchi, & de gemmis, ana ℈. ij. ambræ griſeæ ℈.ß.cum ſyrupo conditura corticum citri,fiat opiata,de qua capiat ʒ.j. vel ij. mane & veſpere, ſuperbibendo parum vini.

In caſu calido.

℞. Conſerv.roſ.& cynorrh.an.℥.i. confect. hyacinth ʒ.ij. magiſterii corall.raſur.eboris,an.ʒ.j. perlarum præparat.granor.kerm.pulver. maſtich.an. ʒ.ß.cum ſyrupo granator. f.opiata,de qua capiat magnitudinem nucis juglandis, mane, & veſpere, dum ibit cubitum, ſuperbibendo parùm aquæ plantag.

Nota 1.benè olentia nocere his,quæ hyſtericæ paſſioni ſunt obnoxiæ, aut quæ naturaliter hæc averſantur;ideó-

naturaliter hæc averſantur; ideóque tollenda ſunt, quæ moſchum & ambaram recipiunt.

Notandum 2. accedente menſtruorum tempore, non eſſe utendum adſtringentibus, ſed potiſſimùm poſt triduum ab eorum fluxu.

Cæteræ formulæ tradentur in capite cujuſque.

Sextus Uſus eſt, ad partum juvandum, ſecundinas, aut fœtum mortuum educendum.

In partu difficili.

℞. Aq. naphæ, & artem. an.℥.i.ß. aq. cinnamomi ʒ.ij. confect. alkerm. & trochiſ. de myrrha, ana ʒ.ß. croc. gr.vj. fiat julep.capiat uno hauſtu, vel in duas vices.

Sequens potio id potentiùs præſtat, ſed magis calefacit, ideoque frigidis & craſſis parturientibus magis convenit.

℞. Dictamni Cretici, ariſtol. utriuſque, & trochiſ. de myrrha, ana ℈.ß.croci & cinnam.an. gr.x. confect. alkerm. ʒ. ß. aquæ naphæ & artemiſ. an.℥.i.ß.miſce, fiat potio: capiat uno hauſtu.

Ex chymicis exhiberi poſſunt cum prædictis, vel cum juſculo, aut vino, vel alio quodam liquore idoneo, ut aqua naph. arthemiſ. &c.

Aqua imperialis ad ʒ.iij.

Aqua capitis cervi ad cochlear. j.

Oleum aniſi arte chymica extractum ad gutt. vj. vel x.

Oleum cinnam. ad gutt. v.

Oleum ſuccini ad gutt. xij.

Prædicta valent etiam ad fœtum mortuum, & ſecundinas expellendas.

Cave, ne nimis calefacientibus agas, ſi viſcera ſint calidiora, potiſſimùm quando fœtus moritur, & partus difficultas provenit à febris vehementia; tunc enim hæc & ſimilia calidiora remedia inflammationem, & necroſim invehunt.

CAPUT XII.

De Arthriticis.

ARthritica medicamenta ſunt, quæ nervoſis partibus & membranoſis, ex quibus articuli conſtant,

roborandis,& affectibus ipſis contingentibus, præcipuè dicantur.

Eorum quædam interiùs ſumuntur,quædam exteriùs adhibentur. De internis nulla fiet mentio,quia ſecundum varias viſcerum affectiones, & humorum naturam,varia ſunt; ipſiſque ea debentur remedia, quæ ſupra pro ipſorum alteratione, & præparatione adduximus.

Externa ſeu topica diverſa ſunt, prout eſt diverſus humor in articulos influens,aut iiſdem impactus,& varia ſymptomata. Unde uſus topicorum varius eſt.

Primus. In principio fluxionis; tunc enim ſi cauſa calida ſit, ardor temperandus,& fluxio arcenda; iis tamen, quæ non altiùs impingant materiam articulos afficientem.

Communiter præſcribitur oxycratum tepidè quod temperat & repellit.

Vel

℞. Fol. hyoſcyami,ſolani plantag. lect.an.M.j. fiat decoctio in oxycrato. Colatura foveatur pars affecta bis aut ter in die.

Vel

℞. Aquar. plantag. roſ.ſolani,ana ℥.iij. ſalis Saturni ℥.ß.miſce pro fotu partis affectæ.

In cauſa minùs calida.

℞.Spiritus vini rectificati ℔.ß. ſalis Saturni ℥.ß. f. fotus.

Nota, hujuſmodi topica non eſſe uſurpanda, niſi eodem tempore præmittantur univerſalia; ne materia altiùs impellatur, & dolor exaſperetur.

Secundus. Ad dolorem ſedandum.

℞. Lactis recenter emulcti ℔. ß. utere tepidè pro partis fomento.

Vel

℞. Fol. verbaſci m. i. florum camomil.roſar.rubr.ana p.i. fiat decoct. in lacte, & utere pro fomento.

In forma cataplaſmatis.

℞. Micæ panis albi ℔. ß. infund. & coque cum lacte; adde vitell.ovor. n.ii. croci ℈.i. fiat cataplaſma.

Vel

℞. Stercoris vaccini ℔.ß.fol.hyoſcyami,violar.an.℔.i.miſce cum lacte in formam cataplaſmatis.

Vel

℞. Medullæ caſſiæ ℥.iij.micæ panis albi in lacte decocti ℔. ß. vitrioli uſti ℥. ß. f. cataplaſma. F 4

Tertius. Ad humorem impactum digerendum, dolore ſedato.

℞. Aquæ calcis ℔. j. urinæ pueri ℔. ß. ſpiritus vini rectificati ℥. iij. miſce, & fove partem affectam. Singulare eſt remedium in roborandis articulis, & humoribus reſolvendis.

℞. Aquæ vitæ & vini albi, an. ℔. ß. vitrioli & viridis, ana ʒ. ij. miſce & cum pannis tepidè applica addendo camphoræ ℈. ß.

Vel

℞. Aquæ vitæ & urinæ, an. ℔. ß. ſpiritus tartari, vel terebinth. ℥. ß. fiat fotus.

Vel

℞. Fol. artemiſiæ, calament. ſalviæ, an. m. i. flor. chamomil. hyperici, roſ. rubr. an. p. i. f. decoct. in aqua & vino rubr. colaturæ ad ℔. i. ß. adde ſalis communis, vel nitri ℥. ij. utere pro fomento.

Thermæ ſulphureæ nitroſæ, bituminoſæ, aluminoſæ, harum omnium ſtillicidum, limuſque ex his extractus pro linimento. Item ad præſervationem, aquæ marinæ balneũ plurimùm valet ad reſolvendum, & roborandum.

CAPUT XIII.

De Hydroticis.

PLuribus diverſarum partium morbis convenit hydroticum, quod eſt medicamentum ad exſiccandum, poros aperiendum, & movendos ſudores idoneum. Quia verò in ipſius uſu exacta diætæ ratio obſervanda, ideò diæta vocatur, decoctum nempe ex uno, aut pluribus ſudorificis ad alterandum ſimpliciter, vel per inſenſilem tranſpirationem, aut ſudorem vacuandum.

Componitur ex una aut pluribus radicibus, chinæ, ſalſæ paril. ligni, & corticis guaiaci, ſaſſaphras, buxi, lentiſcini, & ſimilibus. Guaiacum frigidis morbis & naturis convenit: chi-na, ſalſa parilla calidis; china & ſalſa naturis gracilibus, & calidioribus, innoxiæ ſunt.

Pro ſingulis unciis ſudorifici debent eſſe totidem libræ aquæ; priuſquam fiat decoctio, debet fieri infuſio.

per 24. horas, minùs, quando minus exſiccare animus eſt. Vas ſit coopertum exactè: decoctum fieri debet lento igne ad mediæ partis conſumptionem. Doſis ad ℥. vi. vel viiij. pro ratione ætatis, exhibenda manè jejuno ventriculo, aliquandò veſpere circa 4. horam. Si ſudores exigat medicus, corpus ſtragulis tegendum, vel ponendum eſt in inſtrumento ligneo, aut ſudàrio.

Continuari debet uſus per 15. 20. vel 30. dies, pro exigentia affectus, ætate, & temperamento. Victus ſit attenuans & exſiccans; minùs tamen in calidis, in quorum decoctis miſcentur aliquando, quæ temperant calorem & ſiccitatem ſudorifici.

Ante diætæ uſum, corpùs ritè præparandum alterantibus & purgantibus ne ſudorifici vi fuſi humores in corporis habitum rapiantur. Et quia per illius uſum tenuior ſuccorum portio exhalat, craſſior permanet: ideò ſexto vel octavo quôque die purgatio inſtituenda eſt; reliquis diebus, prò ut opus videbitur, clyſter injiciendus.

Triplex eſt hydroticum ſeu diæta, alterans, ſudorifica, & purgans.

Uſus 1. in lue venerea, arthritide, fluxionibus capitis inveteratis, morbiſque frigidis, chronicis præcipuè; in corporibus frigidis & obeſis.

♃. Raſuræ ligni ſancti ℥.iv. cortic. ejuſdem ℥.ii. aquæ fontis ℔.vi. infunde per 24. horas tepidè, deinde fiat decoct. lento igne, ad mediæ partis conſumptionem, de colatura capiat manè ℥.vi. vel viii. corpus ſtragulis tegendo, ſi ſudor ſit eliciendus, vel laconicum ingrediendo.

℞. Radic. chinæ vel ſalſæparillæ minutiùs ſectæ ℥.iii. aquæ fontis ℔.iii. infunde tepidè per 24. horas: deinde f. decoct. ad medias &c.

Quibus timemus nimiam exſiccationem, decoctio non debet fieri plusquam ad tertiæ partis conſumptionem.

In calidis viſceribus, humoribus ſalſis & aduſtis, tuſſi, aliiſque affectionibus calidis, addi poſſunt in fine decocti radix liquiritiæ ad ℥.ſſ. paſſulæ ad ℥.ii. cichor. cum toto, agrimon. pimpin. an. ad m. j.

Quercetanus pro calida renum intemperie & ulcere, in ſtranguria à ſalſis & mucilaginoſis ſuccis, ſic præſcribit.

℞. Radic. chinæ in talleolas ſectæ ℥. i. aquæ fontis ℔. vi. ſucci limon. ℥ iii. infunde per x. horas, deinde coque ad tertiæ partis, conſumptionem. Colatura utatur pro potu ordinario, & de ea capiat bis aut ter in die ℥. vi. vel viii.

Aliquando decoctio diætæ componitur ex pluribus dictis radicibus, ut

℞. Radic. guai. ℥. iii. rad. ſalſæ parillæ ℥. i. infunde in ℔. viij. aquæ fontis, &c. Vel ex guaiaco, ſalſa & china; vel ex ſalſa & china; vel ex ſalſa & ſaſſaphras; vel ex china & ligno lentiſcino: eligendo quæ magis conveniunt humori peccanti, & ægrotantis naturæ.

Nota, quòd in lue venerea uſus ſudorificorum nocet calidis & ſiccis; confidimus ſolùm bocheto ex china vel ſalſa, balneis, & inunctioni mercuriali.

Per uſum ſudorifici tenues humorum partes reſolvuntur, craſſioribus remanentibus, calefit & exſiccatur.

corpus, fluidos autem ſuccos & corpora humectata exigit hydrargyroſis, ideóque nocent ſudorifica inungendis.

Sequens decoctio prodeſt frigidis & humidis capitis affectibus, tum & lui venereæ, ſeu ad præſervationem, ſeu ad palliationem; tum & in gonorrhœa inveterata, in conſtitutione corporis humida.

℞. Antimonii crudi craſſiuſculè triti nodo incluſi ℥. iv. ſalſæ parillæ minutim ſectæ, & putaminis nucum pulveratarum, ana ℥. iij. infunde per 24. horas in ℔. viii. aquæ fontis, ſupra calidos cineres, coque igne lento ad medias, colatura ſervetur in vaſe vitreo, de qua ter in die, mane horâ 6. veſpere horâ 4. & cùm it cubitum, hauriat ℥. vi. vel viii. per quindecim, vel viginti dies.

Cave, ne acida in decoctione immiſceas, ut ſpiritum vitrioli, ſulphuris, ſaltem tartari & ſimilia; nam antimonium aperiunt, parteſque ſulphureas exaltant, redduntque ut ſic decoctum plurimùm conturbans, emeticum & purgans; cùm aliter ſit ſolùm diaphoreticum & exſiccans.

CAPUT XIV.

De Bocheto.

QUamdiu perſeverat diæta, præſcribitur bochetum pro potu ordinario ex reſidentia præſcripti decocti ſudorifici.

℞. Reſidentiam præſcripti decocti, aquæ fontis ℔. viij. tepidè infunde per 12. horas, deinde coque ad tertiæ partis conſumptionem, colaturâ utatur pro potu ordinario. Si fortius bochetum deſideretur adde ſalſæ ℥. j.

Præſcribitur aliquando bochetum ſine diæta in morbis frigidis & humidis cerebri, nervorum, pectoris, gonorrhœa, &c.

℞. Rad. chin. in toleolas ſectæ, vel ſalſæ parillæ minutim ſectæ ℥. j. ß. infunde per 12. horas in ℔. x. aquæ fontis; coque ad tertiæ partis conſumptionem; colaturâ utatur pro potu ordinario.

SECTIO III.

De Alterantibus & purgantibus.

SÆpè ob copiam, & pravam qualitatem humorum, cogimur ad uſum alterantinm immixtis purgantibus. Sic ſub ùna forma remedii humores & partes temperamus, & ſimul evacuationem promovemus, quod fit ſequentibus modis.

CAPUT I.

De Apozemate purgante.

APozema purgans eſt, quod humores non ſolùm præparat, ſed & evacuat, mixtis purgantibus remediis cum alterantibus.

Pro quadruplici humoris purgandi differentia, quadruplcx eſſe dicitur, cholagogum quod bilem, phlemagogum quod pituitam, melanagogum quod melancholiam, hydragogum

quod ſeroſos humores expurgat, additur mixtum quod omnes ſimul, vel plures humores educit.

Componitur ex iiſdem, quibus conſtat apozema alterans, adduntur purgantia ſimplicia cum correctivis, ut polypodium, ſenna, agaricus, turbith, radix mechoacan, hellebori, & alia hujuſmodi.

Rhabarbarum non ponitur in decocto, ſed infunditur, quia dum coquitur, vis purgans cum parte volatili diſſipatur, craſſior & terreſtrior adſtringens exprimitur in decocto. Non debet præſcribi radix jalap; quippe oleoſa, & reſinoſa non ſolvuntur ab aqueis, niſi debiliter.

Ea debet eſſe proportio purgantium, ut ſi vehementia ſint, in duplo majori copia ponantur in decocto, quam in infuſo: ſi mediocria in triplo; ſi leviora in quadruplo. Sic ſi ſit ℥.i.ß. polypodii & ſennæ, erit turbith, hermodactylorum, agarici ℥.ß. Rhei infuſi ʒ. iij. vel ℥. ß. additur ſyrupus aliquis purgans in diſſolutione, & quandoque in alternis doſibus pulvis, aut reſina jalap, vel aliud extractum pur-

gans intentioni idoneum. Præſcribitur vulgo pro tribus aut quatuor doſibus.

Nota, quòd doſis purgantium debeat eſſe major in decocto, quàm in infuſo, 1. quia vis ignis major vim purgantium in ſpiritu volatili ſitam diſſipat. 2. Quia liquor alterantium per coctionem partibus expreſſis imprægnatus, minùs aptus eſt ad purgantium vim ſuſcipiendam ob craſſitiem & viſciditatem, ideóque ex arte eſt, ne dum bulliunt purgantia, ignis ſit violentus.

Antequam exhibeatur apozema purgans, oportet ut præcedat venæ ſectio, quibus, & quoties competit; tum & purgatio minorans: quandoque etiam alterantia per decocta, juſcula, fomenta, quando fervor humorum purgationi repugnat, exhibenda ſunt.

De Apozemate cholagogo.

Utile eſt in affectibus ab infarctu bilis cum obſtructionibus, in febribus tertianis nothis, & reliquiis au-

ferendis, poſt intermittentem, aut continuam, &c.

℞. Rad. bruſci, aſparag. ana ℥.i. fol. cichor. cum toto, agrimon. pimpin. capill. ven. ana M. i. polypodii querc. contuſ.& ſennæ mund.an.℥.i. *ſs*. tamarind. ℥.i. cryſtall. tartari ℥.*ſs*. ſemin. coriand. & fœnic. ana ʒ.*ſs*. florum cordial. an.p.i. fiat decoct. ad ℔. i.*ſs*. pro 3. doſibus, diſſolve in qualibet ſyr. roſ. ſolut. compoſ. ℥. i. capiat ſingulo mane, tribus horis ante juſculum.

Loco prædicti ſyr. diſſolvi poteſt

Aqua 9. infuſion. roſar. pallid. ad ℥. i.

Syrupus de cichor. cum rhabarbaro ad ℥.i.

Si primæ doſes non ſufficienter purgent, diſſolvi etiam poteſt in ultima cum ſyrupo prædicto, mannæ ad ℥. i.

Si fervor humoris & tempeſtatis non repugnet, poteſt diſſolvi diaprunum ſolutivum, vel electuarium de citro ad ʒ.iij. vel ℥.*ſs*.

De Apozemate phlegmagogo.

Prodeſt in affectibus frigidis & humidis cerebri, nervorum, apoplexia, paralyſi, tremore, febribus pituitoſis, infarctu à pituita, in quolibet morbo.

℞. 5. Radic. aperient. ana ℨ.vi. radic. enulæ camp. & valerianæ, ana ℥. ß. folior. cich. agrim. chamæd. & beton. ana M. j. polypodii quercin. contuſi & fol. ſennæ, ana ℥.i.ſs. agarici recenter trochiſcati & hermodactylor. ana ℥.ſs. turbith gummoſi & radicum mechoac. ana ℨ.iij. ſemin. fœnic. & coriand. præpar. ana ℨ.i. flor. geniſtæ p.i. f. decoct. pro 3. doſ. non claris, ſed ſæpius colatis; adde cuique, ſyrupi roſat. ſolutivi compoſiti ℥. i.

In ultima doſi ſuperadde, ſi non ſatis purgaverint præcedentes, elect. diacarth. vel diaphœn. ℨ.iij. vel ℥.ſs.

De Apozemate melanagogo.

Uſurpari poteſt in omnibus morbis

à melancholia productis, modò fervor humorum, aut empyreuma caloris non lateat, in quo caſu priùs agendum alterantibus internis & externis, & levibus purgantibus per ptiſanas, infuſum caſſiæ, &c.

♃. Radic. apii, fœniculi, petroſel. an. ℥. j. radic. enulæ camp. mediani fraxini ana ℥. ß. folior. cich. fumar. ceter. meliſſæ, agrim. an. M. j. ſummit. aſparagi, lupul. an. m. ß. polypod. quercini contuſi & ſennæ mundat. ana ℥. i. ß. radic. helleb. nigri præparati ℥. ß. agarici recenter trochiſcati & radicis mechoac. an. ʒ. iij. tartari chalibeati ʒ. ij. ſemin. fœniculi, petroſel. ana ʒ. j. epithymi, flor. calendul. & violar. an. p. i. fiat decoct. pro 3. doſibus. Adde cuique, ſyr. de pomis ſabor. ℥. j. in ultima doſi, ſi caſus exigat, ſuperadde confect. hamech. ʒ iij. vel ℥. ß.

De Apozemate hydragogo.

Convenit in omni ſeròſa colluvie, in imo ventre & venis contenta, in hydrope, cachexiâ, &c.

℞. Radic. apii, bruſci, fœnic.ana ℥.j.radic.eryngii & ireos noſtratis,an. ʒ.vj fol.agrim. polytrici, braſſicæ marinæ, an. M j. polypod. quercini, & ſennæ mund.an. ℥.j.ß. turbith.& rad. mechoac. an. ʒ. iij. ſemin. fœnic. & ebuli, an.ʒ.j ß. florum tamariſci, geniſtæ,an.p.j. fiat decoctio pro 3.doſibus, adde cuique, aquæ 9.infuſion. roſar. pallid. ℥.j.

Vel

℞. Succi ireos noſtratis depurati & ſacchar. leviter cocti ℥.j. vel

Syrupi roſati ſolutivi, aut florum perſicorum ℥.j.

In prima & ultima doſi addi poteſt
Reſina jalap, ad gr.vj. vel viij.
Pulvis rad. jalap, ad gr.x. vel xij.
Pulvis diacarth. ad ʒ.ß. vel ʒ.j.

De Apozemate mixto.

Competit in chronicis viſcerum obſtructionibus cum infarctu, ab omnibus humoribus ſimul confuſis: tum & in præparatione ad curandam luem veneream, quando imus venter ſcatet copioſis humoribus excrementitiis.

℞. Radic. bruſci, apii, an. ℥. j. cortic. rad. capparis, medii fraxini, & tamariſci, an. ℥. ß. fol. cichor. cum toto, omnium capillarium, an. M. j. hellebori nigri ex aceto præparati ʒ. iij. polypod. querc. contuſi, & ſennæ mund. ana ℥. j. ß. agarici recenter trochiſc. & hermodact. an. ℥. ß. turb. electi & rad. mechoac. an. ʒ. iij. ſemin. fœnic apii, petroſ. an. ʒ. j. ß. epith. & flor. cordial. an. p. j. fiat decoctio. Adde rhabarb. cum ſantalo in aqua cich. infuſi & expreſſi ʒ. iij. fiat apozema pro 3. doſib. non claris, ſed ſæpè colatis: adde cuique, ſyr. roſar. ſolut. vel aquæ 9. infuſ. roſar. pallidar. ℥. j. capiat ſingulo manè tribus horis ante juſculum.

CAPUT II.

De Juſculo alterante & purgante.

Juſculum purgans fit, quando juſculis ſuprà præſcriptis infunditur & leviter incoquitur ſenna: aliquando diſſolvitur & manna, aut aliud electuarium, ad hanc formulam.

℞. Sennæ mund.ʒ. iij. aniſi & cremor. tartari an.ʒ.*ſs.* ſucci limon. recenter expreſſi ℥.j. infunde manè per ſemihoram, & leviter incoque decocto juſculi refrig. expreſſ. capiat hora ſextâ, vel ſeptimâ matutina.

Nota quod in affectibus pectoris, tuſſi, ſanguinis ſputo, & ſimilibus acida non ſunt miſcenda.

Præſcribi etiam debet juſculum purgans, in quarta quoque doſi juſculi alterantis ; juxta hanc formulam.

℞. Sennæ mund. ʒ. iij. aniſi & cremoris tartari an. ʒ. *ſs.* infunde & leviter coque in quarta quaque doſi juſculi alterantis, in octava autem diſſolve mannæ ℥. j. vel ℥.i. *ſs.* aut ſi humor exigat & febris non repugnet, præſertim quando humores craſſiores, pituitoſi, melancholici ſunt purgandi, diſſol. electuarii de citro vel diacarth. ʒ.iii. vel ℥. *ſs.*

Formula juſculi purgantis ad curationem, vel præcautionem in debilibus, gracilibus, morbis calidis pectoris, tuſſi, ſputo ſanguinis, aſthmate, phthiſica diſpoſitione.

℞. Rad. cich. bug. an.℥.i. fol.cich.

pimpin. capill. ven. agrim. an. M. i. fiat decoct. cum fruſtulo colli carnis vervecinæ, vel vitul. colatur. leviter incoque ſennæ mund. ʒ. iij. aniſi & cremor. tartari, ana ʒ. ß. expreſſ. diſſol. mannæ ℥. i. vel ℥. i. ß. colaturam capiat mane, &c.

CAPUT III.

De Syrupo magiſtrali.

Syrupus magiſtralis componitur vel ex decoctis alterantibus & purgantibus, vel ex ſuccis herbarum, & ſaccharo, coquendo uſque ad conſiſtentiam ſyrupi.

Decoctis alterantium utimur in chronicis affectibus hepatis, lienis meſenterii, quando, non ſolùm purgare intendimus, ſed & aperire.

Succi ex uſu ſunt in hypochondriacis morbis, cæteriſque melancholicis affectibus ab atrabile, cancro, phlogoſi hypochondriorum, ſcorbuto, quando humectandi & refrigerandi neceſſitas eſt major: & quidem utiliores

tiores ſunt ſucci, quia plantarum ſalibus magis turgent, quàm decocta, in quibus ob diſſipationem ab igne, paucus eſt ſal volatilis.

Doſis purgantium debet eſſe triplo, aut quadruplo major, quàm in apozemate.

Saccharum additur, vel aliqua mellis portio cum ſaccharo in affectibus frigidis pulmonum, tum ut diu ſervetur liquor incorruptus, tum ut ſaporem gratiorem concilient.

Proportio liquoris ad ſaccharum, aut mel, eſt dupla, aut tripla, ut ſi ſint liquoris ℔. iij. ſit ſacchari ℔. i. ß. vel ſecundum aliquos ℔. i. prout. caſſior, vel dilutior ſyrupus expetitur, vel durationi longiori, aut breviori deſtinatur, vel etiam prout remiſſius vel fortius purgans exigitur, à ſacchari magna copia ſyrupus debilitatur & calidior fit.

Doſis eſt ad ℥. i. ß. vel ℥. ij. pro majori vel minori ſyrupi efficacia, humoribus purgandis, & ætate.

Sumitur, vel cum juſculo alterante, vel cum ſero lactis, vel in aquis bugloſſi, borrag. &c.

Uſus eſt.

1. In morbis chronicis hepatis, lienis, affectibus hypocondriacis, melancholicis, uterinis, cancroſis, ſcorbuticis, pulmonicis, in quibus, poſt uuiverſalia remedia alterantia & purgantia, juſculis, ſero lactis, lacte aſinino in menſem & ultrà utimur, & clemenrer ſexto vel octavo die eſt purgandum; vel etiam quia hujuſcemodi affectus ultra perdurant, aut curati redeunt, ſemel aut bis in menſe hujuſmodi ſyrupo humores expurgamus.

Formula ſyrupi magiſtralis ex decocto, quoſlibet humores præparans, & purgans.

℞. Rad. aſparag. bruſci, apii, an. ℥. i. ß. cort. rad. capparis, & medii fraxini, an. ℥. i. fol. capillor. omnium, agrim. cichor. cum toto, an. M. i. ſummit. aſpar. & lupuli, an. M. ß. ſem. apii, petroſ. an. ℥. ß. florum cordial. an. p. ii. fiat decoct. colatur. ad ℔. ii. ß. infunde, & ut artis eſt, decoque polypod. quercini contuſ. & ſennæ mund. an. ℥. iii. agarici recenter trochiſc. hermodact. turb. gum-

moſi, an. ℥. i. radic. mechoac. ℥. ß. epithymi ℥. i. ſemin. fœnic. cinamomi, an. ʒ. i. ß. expreſſ. ad ℔. i. ß. diſſol. rhab. in aqua cichor. cum ſantalo infuſi & expreſſi ℥. i. ſacchari albi ℔. i. ß. fiat ſyrupus perfectè coctus.

In cauſa calida prævalente, ſequens magis convenit.

℞. Radic. aſparag. bruſci, bugloſſ. an. ℥. ii. fol. cichor. & capill. omnium, an. M. i. liquirit. & paſſul. purgat. cremor. tartari an. ℥. i. flor. cordial. cichor. an. p. ii fiat decoctio: colaturæ ad. ℔. ii. infunde, & leviter coque polypod. & ſennæ mundat. an. ℥. iii. agarici recenter trochiſcati, & hermodact. an. ℥. i. tartari vitriol. ʒ. i. expreſſ. ad ℔. i. ß. diſſolve rhab. electi cum ſantalo in aqua cichor. infuſi & expreſſi ℥. i. aquæ novem infuſ. roſar. pallid. ℥. vi ſacchari albi ℔. i. ß. coque in ſyrupum.

Exemplum ſyrupi magiſtralis ex ſuccis.

℞. Succor. recenter expreſſor. & depurat. cichor. utriuſque bugloſſi, lupulor. fumar. ℔. ii. ſucci pomor.

redol. & novem infuſ. roſar. pallidar. ana ℔. I. ſennæ mund. ℥. iv. polypod. querc. contuſi, ſemin. carth. epith. an. ℥. ii. radic. hellebori nigri ex aceto præparat. ℥. i. ſs. agarici recent. trochiſcati, turbit. rad. mechoac. an. ℥. ii. tartari vitriol. ℥. i. caryophyl. zinzib. an. ʒ. i. infundantur & coquantur; colatur. ad ℔. ii. diſſolve rhab. electi in ℔. i. ſuccor. infuſi cum ſantalo & expreſſi ℥. i. ſs. ſacchari albi ℥. xx. fiat. ſyrup. perfectè coctus.

Sequens ſyrupus confert in affectibus hypocondriacis, in infarctu ab humoribus bilioſis aduſtis, phthiſi, hæmoptyſi, cæteriſque aliis caſibus, quibus per intervalla purgandum, & humorum commotio timenda eſt, præſertim in conſtitutione debili, corpore gracili, & viſceribus calidis.

℞. Sennæ mund. ℥. i. coriand. præpar. ʒ. i. rhab. ℥. ſs. ſantali citrini ʒ. i. aquæ cichor. ℥. xx. infunde calidè ſuprà cineres per ſex horas. Colaturæ expreſſæ diſſolve pulpæ caſſiæ recenter extractæ ℥. iv. infunde per quatuor horas calidè, per vices

agitando cum cochleari; cola & exprime: colaturæ expreſſæ diſſolve mannæ ℥. iij. ſacchari albi ℥. iv. liquentur ſimul lento igne ſine ebullitione ſæpe cum cochleari movendo, fiat ſyrupus idonea conſiſtentia.

Doſis eſt ad ℥ ij. vel ℥. iij.

Modus utendi prædictis ſyrupis hic eſt.

℞. Syrupi magiſtralis præſcripti ℥. ij. plus minùs pro ætate, morbo, & probatâ operatione, diſſolve in juſculo refrigerante, vel ſeri lactis ſuff. quantitate, capiat manè. Si non purgetur ſufficienter, incoqui debent juſculo, vel ſero lactis, ſennæ ʒ. ij. vel ʒ. iij. & deinde expreſſione factâ diſſolvetur ſyrupus.

CAPUT IV.

De Diæta alterante & purgante.

DIæta vel eſt alterans & ſudorifica, de qua ſuprà cap. 12. ſect. 2. vel ſimul & cathartica, de qua hîc.

Eſtque decoctum exſiccans, ſudores movens, & per alvum evacuans.

Paratur ex ſudorificis ut ſuprà eadem doſi, purgantia in pauca copia & doſi præſcribenda, ex quarta parte minori, quàm in apozemate, quia vires ferre non poſſent evacuationem inſignem per habitum & ſeceſſum eodem tempore.

Tempus ſumendi eſt manè hora ſexta per 10. aut 15. dies, ſi vires ferant & morbus exigat. Alioquin per 5. vel 8. dies primos hæc diæta purgans, poſtea vero detractis purgantibus ſudorifica continuatur.

Uſus eſt in corporibus cacochymis, & robuſtis, in morbis frigidis & humidis cerebri, nervorum, ad apoplexiæ reliquias auferendas, ad arthritidem, aſthma à cauſa frigida, luem veneream, &c.

℞. Rad. chinæ & ſalſæ parill. an. ℥. j. ſ. aquæ fontis ℔. iij. infunde per 24. horas, deinde fiat decoct. ad mediæ partis conſumptionem, addendo ſub finem Polipodii quercini & fol. ſennæ, ana ℥. i. turb. hermod. & agar. recent. trochiſc. an. ʒ. ij.

ſemin. fœnic. ʒ. j. cinam. ʒ.ſs. de colatur. capiat ℔. i. ſs. ſingulo mane, &c.

Nota non eſſe ſudores vi excitandos, ſed corpus relinquendum ſolitis ſtragulis coopertum, ut pro libito transſudet aut expiret.

Per totum diætæ tempus utendum ſequenti bocheto.

℞. Salſæ parill. ℥. ii. aquæ fontis ℥. vii. infunde & decoque ut artis eſt, colaturâ utatur pro bocheto.

Ante. uſum cujuſlibet diætæ præmittenda ſunt alterantia & evacuantia, ne materia fuſa effervescat, aut in partes debiliores feratur.

Ad reliquias apoplexiæ auferendas, aut paralyſim ipſi ſuccedentem, utimur prædictâ diætâ purgante. Cui etiam incoqui debet folior. betonicæ, meliſſæ, arthriticæ, & primulæ veris, an. M. i. vide tamen, ne calor viſcerum repugnet, & potiùs attemperantia miſcenda inſinuet.

CAPUT V.

De Opiata.

PRædictis formulis alterantium, roborantium, & purgantium accedit opiata, quæ eſt medicamentum conſiſtentia molle, non tamen fluidum, compoſitum ex variis, ut conſerva, electuariis, pulver. ſyrup. & ſimilibus.

Uſus eſt.

1. Ad alterandum & aperiendum in intemperie & obſtructione viſcerum, ſuppreſſis menſtruis, pallidis virginum coloribus, morbis melancholicis, & ſimilibus, præmiſſis ſufficienter univerſalibus.

In cauſa calida.

♃. Conſerv. flor. cichor. ℥. i. croci martis aperient. ʒ. vj. confect. hyacinth. & magiſterii tartari an. ʒ. j. pulver. diarrhod. abbat. ℈. ij. cum ſyrupo capill. ven. fiat opiata, de qua capiat mane ʒ. ij. ſuperbibendo parùm aquæ cich. poſtea leviter ambulet per

unam aut alteram horam,& poſt tres horas capiat juſculum alteratum herbis refrigerantibus, per 10. aut 12. dies.

Nota, non eſſe præſcribendos ſales lixiviales, ut abſynthii, tamariſci, cichor. & ſimiles, quando chalybe aut chalybeatis opus eſt in opiatâ. Quandoquidem hujuſmodi ſales ita chalybem præcipitant, ut ſola ferè pars adſtringens remaneat.

In cauſa mixta ex calida & frigida.

♃. Conſer. flor. borrag. & capill. ven. an. ℥. vi. chalyb. præpar. ℥. i. confect. hyacinth.& diarrhod.abb.an. ʒ. i. ſpir. tartari ℥. iii. ſyrup. capill. ven. q. ſ. fiat opiata de qua cap. ʒ. ii. mane &c.

Opiata aperiens ſine chalybe, quando levies ſunt obſtructiones cum lenta febre, præmiſſis univerſalibus.

℞. Conſer. flor. cich. ℥. i. cynorrh. ℥. ſs. confect. hyacinth. & tartarii vitriol. an. ℈. iv. ſalis fraxini & abſynth. an. ʒ. ſs. pul. triaſanth. ℈. ij. cum ſyrup. de cichor. ſimpl. fiat opiata: de qua capiat. ʒ. ij. manè.

In contumacibus obſtructionibus addi poſſunt

Spiritus gummi ammoniaci ad ʒ. j. ſs.

Spiritus volatilis ſalis ammoniaci ad ʒ.iij. &c. quæ in cap. 3. ſect. 1. de juſculo aper. deſcripta ſunt.

Nota, quòd poſt quintam, & decimam doſim, ſit præſcribendum medicamentum purgans, dum aliqua ex prædictis opiatis utitur ægrotans, ad præparatæ materiæ evacuationem.

Vel

℞. Pul. diacarth. ʒ. j. pul. hieræ picræ ℈. i. diagridii gr. iv. miſce cum ʒ. ij. opiatæ, in quinta & decima doſi.

2. Ad aperiendum & purgandum, quando materia eſt craſſa, & corpus validum, in morbis viſcerum, uteri, meſenterii, cum obſtructionibus inveteratis.

In cauſa calida.

℞. Conſer. flor. cich. ℥. j. ſalis martis ʒ. ij. ſennæ mund. rhab. electi, agar. recent. trochiſc. an. ʒ. i. ß. radic. mechoac. ʒ. i. magiſterii tartari ℈. ij. pulveris triaſantali ʒ. ſs. cum ſy-

rupo roſ. ſol. fiat opiata, de qua capiat ℥. ij. aut ℥. iij. per decem dies.

In cauſa mixtâ craſſa, contumaci.

℞. Conſer. capill. veneris, & chalyb. præpar. cum ſulphure, an. ℥. vi. gummi ammoniaci in aceto ſoluti & per ſetaceum trajecti ℥. iij. ſennæ mund. agar. recent. trochiſc. rhab. electi, an. ℥. ij. radic. mechoac. & jalap. an. ℥. ß. pulver. diarthod. & fæculæ brioniæ, an.℥. ß. cum ſyrupo de pomis regis Sabor, fiat opiata, de qua capiat ℥.ij. vel ſi non ſatis purgetur ℥.iij. manè per 10. aut 12. dies, &c.

℞. Sennæ mundat. rhab. elect. agar. recent. trochiſc.ana.℥.iij. radic. jalap. & hermodact. an. ℥. j. ß. ſemin.fœnic. & coriand. an. ℥. j. ß. ſemin. fœnic. & coriand. an. ℥. i. ſalis martis ℥. iij. mellis q. ſ. fiat opiata, de qua capiat manè ℥. iij. per &c.

Nota 1. augendam eſſe doſim eorum ex quibus opiata componitur; vel eandem minuendam eſſe, prout in plures vel pauciores dies deſtinatur.

Nota 2. in uſu chalybis, levi poſt quamlibet doſim corpus motu eſſe exercendum, ut faciliùs ad intima penetrent aperientia, & humores moti promptè obediant, robuſtis per loca difficilia eundum, debilioribus & minùs robuſtis per plana & proclivia, idque per duas horas, per intervalla quieſcendo metu laſſitudinis. Poſt tres horas à ſumpta opiatâ, ſumendum eſt juſculum alteratum herbis aperientibus & refrigerantibus.

Nota 3. ante uſum opiatæ chalybeatæ præmittenda eſſe ſufficienter univerſalia ad præparationem, & majori ex parte materiæ evacuationem; tum ut calor, ſi quis adſit, temperetur; tum ne chalybis vi humores fuſi & attenuati, penitiùs in obſtructas partes deducantur: cum è contra univerſalibus ſufficienter præmiſſis ſuperſtites in penitioribus partibus & venulis humores chalybis pondere, & vi ſalis ipſius volatilis attenuentur, abſtergantur, acida imbibantur, ſimulque à purgantibus foràs educantur.

3. Ad refrigerandum & incraſ-

ſandum in tuſſi violentâ & contumaci, ſputo ſanguineo, menſium profluvio, ad curationem, vel præcautionem poſt univerſalia.

℞. Conſer. roſar. & conſol. maj. an. ℥. j. confect. hyacinth. ʒ. i. perlar. præpar. corall. rubr. & ſemin. plantag. an. ʒ. ſs. laud. opiati ℈. j. cum ſyrupo de roſis ſiccis fiat opiata: de qua capiat ʒ. i. aut ʒ. ij. ſingulo veſpere dum ibit cubitum, ſuperbibendo cyathum aquæ papaveris rhœad. & portul.

Vel

℞. Conſer. roſar. Genu. cynorr. & ſymph. major. an. ʒ. vi. pulv. flor. papaver. rhœad. & ſem. papav. alb. an. ʒ. j. pul. boli armeni tenuis ʒ. ß. gumm. tragac. & ſem. alth. an. ℈. iv. cum ſyrup. de roſis ſiccis f. opiat. de qua capiat ʒ. ij. ter. in die, manè, veſpere hora 4. & in lecti ingreſſu.

4. Ad roborandum; de quo vide partem ultimam de roborantibus.

CAPUT VI.

De Bolo.

BOlus eſt medicamentum ſolidum quidem, ſed molle, dictus à ſumendo βῶλος, quod per morſellos deglutiatur.

Fit ex electuariis, pulpis, conſervis, pulveribus in conſiſtentiam minùs fluidam, deglutibilemque, redactis.

Uſus.

1. Ad alterandum.

Bolus aperiens in obſtructionibus viſcerum, cachexiâ, ſuppreſſis menſtruis, morbis melancholicis.

℞. Salis martis gr. vi. vel viij. vel x. conſer. flor. cich. ʒ. ii. fiat bolus, utatur per xv. dies, intermixtis purgantibus per ptiſanas, quinto quôque die, & adhibito corporis motu ut in opiata chalybeata.

Bolus refrigerans & roborans in febribus, tum & poſt purgationem.

℞. Conſervæ roſar. ʒ. ij. confect. hyacinth. ʒ. ß. ſalis prunellæ & trium ſantal. an. ℈. i. fiat bolus.

Bolus adſtringens in alvi fluxu.

℞. Conſer. roſar. rubr. ℥. i. ß. trochiſc. de corallis, & de terra ſigillata, an. ℈. i. ſyrupi granator. q. ſ. fiat bolus.

In dyſenteria, & omni immodico fluxu ſanguinis, dolore ſedando, & ſomno conciliando; in cholera morbo, & omni profluvio alvi à bile.

℞. Conſer. roſar. rubr. ℥. ß. laudani opiati gr. ij. vel iij. fiat bolus, detur horâ convenienti manè aut veſpere.

Præſcribi poteſt idem bolus in phrenitide, paraphrenitide, maniâ, omnibuſque morbis, in quibus adſunt ſymptomata paraphorica.

Cave in pueris, ſenibus, & valdè debilibus à laudano; ſi abſolutè neceſſarium videatur, ne his præſcribatur ultra unum aut alterum granum.

Ad alios uſus concinnatur bolus, ut ad ſudorem ex ſudorificis, ad urinas movendas ex appropriatis, &c.

2. Ad purgandum. De quo vide caput de bolo cathartico.

3. Ad roborandum. Conſule caput de bolo roborante.

CAPUT VII.

De Pilulis.

Pilulæ ſunt medicamenta forma ſolida & rotunda, ad alterandum, purgandum, roborandum, comparata.

Vocantur catapotia, quòd deglutiendo integræ ſumantur. Quod fit vel ad inſuavitatem ingredientium fallendam, vel ut longiùs in ventriculo morentur cum roborare, vel à longinquis partibus purgare intendimus; vel cum aqua & pituita fluctuant in imo ventre.

Componuntur ex ſpecibus aperientibus, diureticis, purgantibus, & roborantibus, prout varia eſt intentio; quæ excipiuntur liquore aliquo glutinoſo, ut ſyrupo, melle, ſapa, mucilagine, ut in maſſam aptiùs cohæreant.

Ad multos uſus deſtinantur.

1. Ad aperiendum in obſtructionibus viſcerum, pallidis coloribus, morbis melancholicis, &c.

℞. Calybis præpar. cum ſulph. ℥. j. pulver. diarrhod. abbat. ʒ. i. cum ſyrupo capill. ven. fiant pilulæ: doſis eſt ʒ. i. ſingulo mane, ſuperbibendo patum aquæ bugloſ. vel cichor. per 9. dies, præmiſſis univerſalibus, interjectâ & ſubſequente purgatione.

℞. Chalyb. præpar. ℥. ß. vel ſalis martis ʒ ij. gummi ammoniac. in aceto ſoluti ʒ. iij. aloës lotæ in aqua cichor. ʒ. ij. tartari vitriol. ℈. iv. cum ſyrupo capill. ven. fiant pilulæ: doſis eſt ad ℈. ij.

Pro Hyſtericis ad præcautionem.

℞. Gummi ammoniaci cum aceto præpar. ʒ. i. chalybis præpar. cum ſulph. ʒ. ij. myrrhæ rubr. caſtor. optimi, an. gr. vj. croci ℈. ß. ſpiritus volatilis ſalis armoniaci gutt. xv. ſyrupi capill. ven. q. ſ. fiant pilulæ 40. capiat iv. dum it cubitum, per duos aut tres dies, in ſingula ſeptimana.

Ad urinas movendas, ſabuloſam materiam devehendam, detergenda ulcera in gonorrhæâ.

℞. Terebinth. venet. vitrioli albi, an. ℥. i. ß. miſce in mortario marmo-

reo, diu terendo, dum ſimul incorporentur. Fiant pilulæ ad piſi molem. Doſis eſt ℨ. i. aut ℨ. ij. per 6. aut 8. dies, manè tribus horis ante juſculum.

2. Ad aperiendum, & purgandum in diuturnis obſtructionibus viſcerum, febribus quartanis, cachexiâ, retentione menſtruorum, &c. quandò materia ſimul præparanda & evacuanda.

℞. Chalyb. præpar. cum ſulph. ℥. i. aloës optim. ſennæ mundæ. rhab. electi, & agar. recent. trochiſc. an. ℨ. ij. gummi ammoniaci in aceto ſoluti & trajecti ℨ. iij. fœnic. bryon. & pulver. diarrhod. abbatis, an. ℨ. ß. croci ℈. ß. cum oxymelite fiat maſſa pilularum: de qua capiat ℨ. i. ſingulo die, tribus horis ante juſculum, per viii. vel ix. dies, deambulando per unam aut alteram horam.

Vel

℞. Aloës optim. gummi ammoniaci ſoluti & trajecti, ana ℨ. iij. ſennæ mund. rhab. myrrhæ electæ an. ℨ. i. ß. croci ℈. ß. cum oxymelite ſcillitico fiat maſſa pilular. de qua capiat ℈. ij. alter-

nis diebus duabus horis ante prandium.

In hyſterica paſſione.

℞. Aſſæ fœtidæ, caſtor. & laudani opiat. an. gr. ij. fiant pilulæ iij. capiat ſtatim.

Ad tuſſim ſedandam, dum materia ſalſa & ſubtilis eſt, & tuſſis valdè moleſta.

℞. Succi liquirit. ʒ. i. myrrhæ ʒ. ſs. laudani opiat. gr. xv. cum ſyrupo de papavere fiant pilulæ. Doſis eſt ad gr. x. ſingulo veſpere, horâ ſomni.

Ad adſtringendum in quolibet ſanguinis fluxu, & in fine gonorrhϾ.

℞. Pilul. de bdellio ʒ. ß. trochiſc. de karabe, de corallis, an. ℈. i. maſtich. ʒ. ſs. cum ſyrupo de roſis ſiccis fiant pilulæ, doſis eſt ad ʒ. ſs.

3. Ad purgandum ſimpliciter. De quibus vide in parte ſecunda cap. 6. de purgantibus pilulis.

CAPUT VIII.

De Pulveribus.

PUlveres facilè parantur, dum ſicca medicamenta, ſeu ex mixtis ſimplicibus, ſeu ex vegetantibus, aut animalibus, redigi in pulverem jubentur.

Alius officinalis, qui ſervatur paratus in officinis.

Alius Magiſtralis, qui à medicis præſcribitur ſecundum variam intentionem; & vel eſt externus, vel internus.

Uſus interni 1. ad alterandum in diuturnis viſcerum obſtructionibus, cachexiâ, pallidis coloribus, ad quæ pathemata ſequens pulvis utiliſſimus eſt. Dicitur Quercetani cachecticus.

℞. Limatur. chalyb. cum ſulph. calcin. ℥.j. fœcul. rad. aronis ʒ.i.ß. ambræ griſ. gr. xij. eſſent. corallor. magiſter. perlar. an. ℈.iv. ſacchari q.ſ. fiat pulvis. Doſis eſt ad ʒ.ß. manè per aliquot dies.

Vel

℞. Chalyb. præpar. cum ſulph. ſacchari ana ℥.i. fiat pulvis: de quo capiat manè ʒ.i.ſs. per x. dies, tribus horis ante juſculum.

Contra febres intermittentes.

℞. Dictamni, fol. ſcordii ſicc. an. ʒ. ii. ſemin. card. bened. cornu cervi præparat. an. ʒ.i. antimonii diaphoretici ʒ.ſs. fiat pulvis tenuiſſimus, doſis eſt ʒ.i. horâ unâ ante paroxyſmum, ſuperbibendo aquæ card. bened. vel ſcab. ℥. iij. continuando per ſex dies, præmiſſis ſufficienter univerſalibus, in corpore obeſo humido, non gracili ſicco.

Hactenus inutili conatu, omni artis ingenio, quæſitum eſt febrifugum intermittentibus febribus ſiſtendis, aut extirpandis idoneum. Felici hujus ſeculi experimento inventum præbuit natura, ex vegetantium familia; idque ſimplex, innocens, innoxium omni conſtitutioni, & ætati, quod rationali methodo adhibitum huc uſque mira præſtitit, febriles paroxyſmos quaſi faſcino ligat per ſpatium viginti dierum, aliquando ad men-

ſem integrum, ſæpe etiam penitùs extinguit. Cortex eſt cujuſdam arboris, cortici junioris quercus non abſimilis, ſapore amarus & ſubadſtringens, dicitur china chinæ : ſic præſcribitur.

℞. Chinæ chinæ in pulverem redactæ ʒ.ij. aq. fontis ℥.iij. infunde tepidè : aquam bibat & pulverem longè ante paroxyſmi initium, nihil ſumendo ante & poſt per tres horas.

Infuſio fit tepidulè per tres horas, plus minus nihil refert, aliàs in vino albo, à quo tamen abſtinendum, dum viſcera & humores nimiùm incaleſcunt ; neque minùs febrem ſiſtere uſus oſtendit, cum in aqua ſimplici infunditur, quàm cùm in aqua cichor. fumar. bugloſſ. roſar. aut cum conſerva cichor. cynorrhod. vel pulpâ pomi coċti permixtus exhibetur.

Tempus præſcribendi, tum & ſumendi vel eſt liberum, vel coactum. In curatione regulari quando non urget grave aliquod ſymptoma, ante uſum ipſius, corpus ſedulò præparandum eſt, tum alterantibus, tum evacuantibus. Sed cùm timor eſt, ne acceſſionis violentiâ & maligna humorum indo-

le, tum & ſymptomatis cujuſpiam vi corruant vires, non eſt exacta illa præparatio expectanda, priùs enim æger deficeret. Sic vidimus in quibuſdam, quibus febris vehementia, humorum copia & malignitas, cordis & cerebri viribus in paroxyſmis deficientibus, mortem citò & certis indiciis intendebant, ſumpto pulvere ſemel, bis, terque, febriles paroxyſmos & omnem deleteriam indolem deſæviiſſe, & his quidem vel leviter, vel nullatenùs per alvum, ob temporis defectum expurgatis; ſed hoc irregulari modo, & viribus præ ſymptomatum vehementia peſſundatis, vel proximè perituris.

Pariter dicendum de tempore, quo ſumi debet, ſæpius enim paroxyſmum ſiſtit, ſi exhibeatur octodecim, vel viginti horis ante paroxyſmi initium, maximè ſi non unâ vice, ſed ter, quaterque conſequenter, ſemel in die, longè ante acceſſionis, vel exacerbationis principium. Sic enim ictu quaſi repetito certiùs febrem jugulat, & ſæpe recidivam tollit; ad quam præcavendam, non inutiliter paratur opiata ex eodem pulvere & conſerva flor.

cichorei, vel fructuum cynorr.de qua æger ter aut etiã pluries in ſeptimana, per menſem, capiat fruſtulum manè jejuno ventriculo; quo tempore alyus die alterno clyſtere laxanda. At ſi deſit ſufficiens intervalli tempus, quod in ſubintrantibus, & duplici tertiana continua ſæpe contingit, tempore remiſſionis; & hoc ſi deſit, omnibus in pejus ruentibus, quolibet etiam paroxyſmi tempore propinandum eſt.

Doſis pulveris eſt ad ʒ. ij. pueris pro modulo ætatis ad ʒ. i. aut ʒ. ß. cùm verò ſubinde repetita ſit exhibitio, ſufficit doſis media.

Prodeſt omnibus febribus intermittentibus, quotidianis, tertianis, quartanis; omnibus pariter morbis, in quibus inſignis eſt humorum tenuium fermentatio, maximè ſi periodicè recurrat, ut in cholera morbo, alvi fluxu bilioſo ſymptomatico, & ſimilibus, tunc verò datur pulvis in aqua roſar. portul. aut ſi vomitus inſtet, cùm conſerva roſarum permiſcetur.

Qualitates hujus pulv. & modum operandi detergit, 1. ſapor, qua enim amarus, calidus ſiccus eſt & tenuium

partium,

partium, quibus aperit, attenuat, reſolvit, & motu idoneo exagitando, putredinis fermentum præcipitat: qua verò ſtypticus eſt, ſubadſtringit, ſicque motum humorum frænat, & partes roborat, illam præcipuè in qua focus eſt, & hac partium heterogenearum energiâ, febriles excandeſcentias mirabiliter coërcet, quod forſan non præſtaret, ſi ſpiritus, extractum, vel oleum ipſius exhiberetur.

2. patet hunc eſſe ipſius agendi modum ab effectu: ſi enim ſumpto pulvere ceſſet febris, adhibito deinde, ſeu poſt paucos, ſeu poſt plures dies, medicamento purgante, incandeſcit fomes & febrilis motus renovatur, ſcilicet ſopito empyreumate, & quaſi faſcino pulveris irretito, rurſus exagitato. Ideóque abſtinendum eſt ad menſem pharmaco purgante, ſolis clyſteribus alvus laxanda, & exquiſita victus ratio adhibenda.

Antiquus eſt apud Arabes & Turcas, jam verò Europæis valde familiaris potus coffee, fabæ nempe cujuſdam Arabicæ Bon dictæ. Eſt hic fructus

tenuium partium, calidus in primo gradu, ſiccus in ſecundo, qui ut par eſt aſſatus, & in pulverem redactus, in aqua ferventi ad tincturam coctus, & ſorbillando hauſtus mira (ut inquiunt) præſtat: ſpiritus narcoſi irretitos expedit, purgat, illuſtrat, & diu vigiles innoxiè conſervat, vapores & flatus diſcutit, humidum cerebrum venoſumque genus exſiccat, roborat: ac proinde eum dolori capitis, vertigini, ſtupori, catarrho, cordis palpitationi, ventriculi debilitati, imò & obſtructionibus hepatis, lienis, uteri conferre, non vulgaris notæ authorum experientia teſtis eſt. Sed quo marte id præſtat? An non ſale volatili, quo multum abundat; conſtat ex odore, quem plurimum exhalat, etſi diu ſervatus, ex oleoſo ſucco quaſi balſamico, quem exprimit, quo ſtomachum, cerebrumque roborat. Sed crediderim temperamento frigidis & humidis, aut minùs calidis, non autem macilentis, aduſtis, & ſoluto in ſerum ſanguini convenire. Sic paratur.

℞. Pul. coffee ritè toſti cochlear.

Digitized by Google

i. projice in ℥.x.aquæ ferventis, lentè bulliat, ſæpe movendo cum cochleari, donec liquor ſit tinctus, qui deinde calidè jejuno ventriculo cum pauco ſaccharo ſorbillandus, ter in ſeptimana. Liquorem cum pulvere alii abſorbent, & tunc minùs incoqui debet.

Sed quid de herba Japonenſi & Chinenſi Thee dicta? de cujus uſu hæc eventilant. Capùt levat & ſervat à ſomno immune, vapores reprimit, ventriculum roborat, renes calculo & arenis expurgat, tollit capitis dolorem, laſſitudinem, gravedinem, apnœam, inteſtinorum tormina, calefacit modicè, & adſtringendo oſculum ventriculi, vaporum ſuprà ad ſomnum repentium coërcet aſcenſum.

Modus utendi eſt 1. In ſubſtantia, dum ejuſdem in pulverem redactæ cum aquæ calidæ cyatho ſumitur ad ʒ.ſs. vel ʒ. i. 2. In decocto in aqua ad ʒ.i.ſs.addendo ſaccharum ad gratum ſaporem, & ſumitur calidè. 3. Diſtillatione cum aquis appropriatis in B. M. 4. Infunditur ad ℥. i. ſs.

in aquis cordialibus vel vino generoſo tenui, de quo ſumitur ad cochlear. iij. aut iv. addito pauco ſacchare. 5. In extracto, redigendo in pilulas, quarum doſis eſt ad gran. x. 6. Suffumigio ad eundem modum, quo in tubulo utimur nicotianâ, & in morbis frigidis capitis, pectoris, & gravedine.

Pulvis contra vermes pro infantibus.

℞. Sem. contra ℥. ß. ſenn. mund. ʒ. i. ß. coriand. præp. & cornu cervi uſti an. ℈. i. ß. f. pulvis, doſis eſt ad ℈. ij. vel ʒ. i. mane per tres dies.

Contra aborſum.

℞. Gran. Kerm. ʒ. i. ſantal. rubr. rad. torment. an. ʒ. ß. perlar. & corallor. præpar. an. ℈. i. manus Chriſti perlar. ʒ. ij. f. omnium pulvis, doſis eſt ad ʒ. ß. cum ovo ſorbili mane.

Contra calculum.

℞. Calculi renum, aut veſicæ q. v. contere in tenuiſſimum pulverem, & propina, præmiſſis univerſalibus: abſtergit mucoſam è renibus & veſica, pituitam, ſabuloſam abducit colluviem, & lapidem comminuit.

Vel

℞. Salis fabar. prunell. & cremor. tartar.an.ʒ.i. miſce, fiat pulvis: doſis eſt ab ʒ.ß.vel ʒ.i.ter in ſeptimana, manè jejuno ventriculo cum pauca conſerva roſarum vel cum ovo.

Vel

℞. Oculor. cancr. præpar. ſuccini albi, cremor. tartari, ana ʒ. ii. lapidis nephritici præpar. ʒ. i. ß. milleped. præparat. ℈. ii. nucis moſch. ʒ. ß. fiat omnium pulvis: doſis eſt ad ʒ. ß.

2. Ad purgandum, de quo in parte 2. de purgantibus.

3. Ad roborandum, de quo ſuprà capit.de cardiac. & infrà dum de roborantibus.

Uſus externi.

Ad oſſa exfolianda.

℞. Rad. ariſtol. rotundæ, ireos Florent. an. ℈. i. ß. myrrh. & aloës an. ʒ. i. euphorbii ℈. i. fiat omnium pulvis, oſſi corrupto, vel alterato inſpergendus.

Vel

℞. Ariſtol. rotund. euphorb. ireos Florent. an. ʒ. i. ſabinæ ſiccæ,

aluminis uſti, mercurii præcipitati ana ℈. i. aloës, myrrhæ, an. ʒ. ß. olei garyop. gutt. x. fiat pulvis inſpergendus oſſi carioſo, quod priùs ablue aqua aluminoſa.

Ad putridas carnes conſumendas, & detergendum in ulcere maliguo.

℞. Mercurii præcipitati rubri ℥. *ſs.* redigatur in pulverem inſpergendum ulceri bis in die.

Vel

℞. Oſſis ſepiæ, ſacchari candi tuthiæ præpar. an. ℈. i. vitrioli ℈. *ſs.* fiat pulvis.

Vel

℞. Radic. ariſtol. rotund. gentian. an. ʒ. ii. myrrhæ, aloës, plumbi uſti, tuthiæ præpar. an. ʒ. i. fiat omnium pulvis ulceri inſpergendus.

Ad fœda faucium ulcera in lue venerea, aut aliis affectibus in quibus adeſt maligna qualitas.

℞. Sulphuris vivi ℥. ß. myrrhæ rubræ, aluminis ſaccharini an. ʒ. ij. maſtiches, thuris ana ʒ. i. ℈. ii. fiat omnium pulvis, de quo miſce ℥. i. cum ℔. i. vini albi ſublimati, aut camphorati, & utere pro abluendo ulcere.

Alumen ſaccharinum fit ex alumine rupeo, ovi albumine, & ſaccharo ſimul mixtis & exſiccatis.

Vinum ſublimatum fit ex ſublimati optimi gr. x. infuſis in ℔. i. vini ſub calidis cineribus ad tertiæ partis conſumptionem decoctis, ſic de camphora.

Non eſt hoc remedio utendum quando ulcus ſiccum eſt, vel humor tenuis acris,& corpus calidum ſiccum gracile,ſed quando ulcus ſcatet pituitoſis glutinoſis,craſſiſque ſordibus;in primo enim caſu plus valent aquæ leviter aluminoſæ, vitriolatæ, ferrugineæ, maximè ſi minerales ſint.

Ad ſanguinem ſiſtendum.

℞. Aloës,myrrhæ & vitrioli an.℥. j. ß. boli armen. terræ ſigill. & ſang. drac. an.℥. i. fiat omnium pulvis admovendus parti, unde fluit ſanguis.

Vel

℞. Thutis aloës, boli armen. & pilor. lepor. an. partes æquales, excipe ovi albumine,& admove parti vulneratæ, ex Gal.

Pulvis ſympathiæ.

℞. Vitrioli Veneris q. ſ. calcina-

uſque ad albedinem, dum ſol percurrit ſignum leonis, deinde redige in pulverem tenuiſſimum.

CAPUT IX.

De Tabellis.

Tabella eſt medicamentum ſolidum ex pulvere & ſaccharo, in convenienti liquore ſoluto, & iterum ad duritiem coćto, atque tabulato: dicitur tabella à plana forma.

Ea debet eſſe proportio pulveris ad ſaccharum, ut pro ℥. j. ſacchari, ſit ʒ. j. pulveris.

Nota, non eſſe diſſolvendum ſaccharum in liquore acido, ut ſucco limonum, &c. nam iterum non concreſceret; multò minùs ſi ſpiritus acidi vitrioli, ſulphuris & ſimiles admiſceantur; aut etiam oleum.

Uſus 1. ad alterandum in obſtructionibus chronicis, febribus intermittentibus, melancholia, &c.

℞. Chalyb. præpar. cum ſulph. ℥. ß. confećt. hyacinth. ʒ. j. ambræ

griſeæ ℈. ß. ſacchari in aqua cichor. ſolut. ℥. iv. fiant tabellæ, de quibus capiat ʒ.ij. ſingulo mane ſuperbibendo aquam cichor. per x. aut xv. dies.

Vel

℞. Salis Martis ʒ. iij. cinam. ʒ.ß. ſacchari in aqua cichor. ſoluti & cocti ℥ iij. fiant tabellæ, doſis eſt ad ʒ.ij. &c.

Vel

℞. Magiſter. tartari ʒ. iij. ſpiritus gummi ammoniaci ℈.ß. ſacchari ℥ iv. fiant tabellæ, doſis eſt ad ʒ.i.ß. ſingulo mane.

Ad tenuem fluxionem in cerebro incraſſandam.

℞. Sacchari tabulati roſati ℥.iv. teneat ſæpe in ore.

Vel

℞. Pulpæ rad. liquirit. vel alth. ℥.ß. pulv. elect. diamarg. frig. & amyli ſine calce parati, an. ʒ.j. ſacchari in aqua roſar. ſolut. & cocti. ℥.iij. fiant tabellæ.

Ad Aſthma.

℞. Pulpæ radic. alth. & ſymph. maj. ℥. ij. florum ſulph. ʒ.i. florum

benjoin. ℈. j. ſacch. in aqua tuſſilaginis ſoluti, & cocti ℥. iv. fiant tabellæ.

Vel

℞. Lactis vel florum benjoin. ℈. j. ſacchari in aqua roſar. vel lilior. diſſoluti ℥. iv. fiant tabellæ.

2. Ad purgandum: de quo vide caput de tabellis purgantibus.

3. Ad roborandum: de quo ſectione de roborantibus.

SECTIO IV.

De Alterantibus & roborantibus externis.

CAPUT I.

De Epithemate.

Epithema ſignificat vi nominis omne medicamentum, quod foris adhibetur; propriè tamen ſumitur pro medicamento admovendo partibus.

nobilibus, ad ipſas alterandas & roborandas.

Duplex eſt, liquidum,& ſolidum.

Liquidum componitur ex aquis, vel decoctis convenientibus, ſive ſolis,ſive cum confectionibus, pulveribus, electuariis. Penetrationis causâ additur ſuccus limonum,vel acetum, vinum, aquæ ſpirituoſæ,roſ. naphæ, in hac proportione, ut ad ℔.j. liquoris, ſint confectionis ℥ ij. pulver. ℥.i. liquoris ad penetrandum ℥.i.ß. additur camphora in calidis, crocus in frigidis affectibus ad gr.iv. Admovetur tepidè partibus principibus, aliquando etiam frigidè capiti, ut in mania.

Tempus adhibendi eſt hora quælibet, quando urget virium imbecillitas, aut aliqua cauſa promptè vires exhauriens. Tempus electionis eſt mane & veſpere, medio tempore inter unum & alterum juſculum.

Modus utendi eſt hic, pannus ſcarlatinus,vel craſſum linteum imbutum liquore epithematis,& leviter expreſſum, tepens adhuc parti admovetur: aufertur ubi exſiccatur, vel nimis

refrigeratur, & aliud ſuper apponitur; idque continuatur per horam, bis in die.

Uſus eſt.

1. Ad alterandum & roborandum cor, in febribus, in quibus adſunt æſtus, imbecillitas virium.

♃. Aquar. bugloſſ. borrag. roſ. an. ℥.iij. ſucci limon. & aquæ naphæ an. ℥.i. camphoræ gr.iij. fiat epith. cordi admovend. tepidulè bis in die.

In febre ardente & maligna.

♃. Aquæ ſcab. bugl. borrag. roſ an. ℥.iij. aquæ flor. arant. ℥.i.ß. confect. alkerm. & hyacinth. an. ʒ.i. pulver. diamarg. frig. ℈.ij. camph. & croci an. gr.iij. fiat epithema.

Poſt epithema, cordis regio inungitur linimento cordiali, quod ſequenti modo paratur.

♃. Confect. alkerm. & hyacinth. an. ʒ.i.ß. ſucci limon. vel pomor. q.ſ. fiat liniment. quo poſt epithema illiniatur regio cordis.

In febre maligna.

♃. Confect. alkermes ʒ. i. ß. olei ſcorpion. Mathioli q. ſ. fiat linimentum, vel

Solo oleo ſcorpionum Math. aut balſamo Peruviano fit inunctio, vel ex mixtura utriuſque; vel ſine linimento admovetur epithema ſolidum infrà deſcribendum.

Aliquando poſt epithema admovetur pullus columbinus per medium ſectus ſolus, vel ſinapiſatus ℥.j. pulveris diamarg. frigidi.

2. Ad ſpiritus inſtaurandos & reficiendos in ſyncope.

In caſu calido vel frigido, in promptu eſt epithema ex ſolo vino, vel ex eodem cum theriaca, aut confect. alkerm. calidiuſculè cordi admoto, vel ſi adſit tempus parandi aliud.

℞. Aquar. ſcabioſæ, meliſſ. roſ. an. ℥. iij. aquæ reginæ Hungariæ ℥. ß. confect. alkerm. & hyacinth. an. ʒ.i. pulver. diamb. ℈. ij. croci gr. v. fiat epithema.

Cave in hyſtericis à moſcho & ambara.

3. Ad pectoris ardorem & ſiccitatem temperandum, in febribus ſynochis, a dentibus, præmiſſa venæ ſectione ſufficienter, tum & in febre hectica.

℞. Hordei mundati p. i. 4 ſemin. frig. maj. an. ʒ. ij. flor viol. nimph an. p. i. fiat decoct. colat. ad ℔. i. miſce olei amygd. dulc. ℥ ij. fiat epithema pectori admovendum tepidiuſculè bis in die, illiniendo poſtea pectus oleo amygdal. dulc.

4. Ad hepar calidum refrigerandum & roborandum in febre, aut extra febrem.

℞. Aquar. cich. plantag. portulacæ, an. ℥. iij aceti roſ: ʒ. i. ß. pulver. triaſantali & diarrhod abbat an. ʒ. i. camph. gr. iv. fiat epithema admovendum bis in die ſuper hepar.

℞. Fol. cich. portul. viol. agrim. plantag. an. M. i. 4 ſemin frig. maj. an. ʒ. ij. ſantali citrini & rubri, an. ʒ. i. ß. roſar. rubr. p. i. fiat decoct colat. ad ℔. ij. adde aceti roſati ℥. ij. ſalis prunellæ ʒ. i. ß. f. epithema pro hepatis regione.

In fluxu hæmorrhoidum, cachexiâ à cauſa calida, hepate exiſtente debili, præmiſſis univerſalibus.

℞. Aquar. cichor. agrim. roſar. ana ℥. viij, incoque ſantali rubri & citrini.

minutim ſecti ana ℥.j. colaturæ adde aceti roſ. ℥. iij. camphoræ gr. iv. fiat epithema admovendum jecoris regioni.

Poſt epithema;in prædictis caſibus admove ſequens linimentum.

℞. Unguenti roſ. Meſues in oxycrato ℥. iij. ſacchari Saturni ʒ. i. cum ſucco cichor. vel plantaginis fiat linimentum, quo hepatis, & lumborum regio illiniatur poſt epithema.

Nota, non eſſe præſcribenda epithemata niſi præceſſerint univerſalia, ne, corpore exiſtente pleno humores magis impingantur, aut repellantur in partes principes.

Pro teſtibus, ad partes nobiles alterandas.

In cauſa calida, delirio, phrenitide, mania, febre ardente, profluvio ſanguinis è naribus.

℞. Oxycrati ℔.ij.utere pro epithemate teſtibus admovendo, cum linteis frigidè.

Vel

℞. Aquar. ſolani, plantag. roſ. ana ℥. iij. camphor. gr. xv. miſce pro epithemate.

In cauſa frigida, ſyncope, febre maligna pereuntibus viribus, cæteriſque caſibus, in quibus vires cordis extinguntur à frigida cauſa, ſeu externa ſeu interna, vel à calida admodum diſſipatæ ſunt.

♃. Vini optimi ℔. ß. confect. alkerm ʒ. iij. miſce, fiat epithema: admove calidè teſtibus.

De Epithemate ſolido.

Epithema ſolidum componitur ex conſervis cardiacis, confectionibus, pulveribus, ſuccis; cum hac proportione ut ad ℥.iij conſervæ, ſint confect.ʒ.ij. pulver. ʒ.i. ſucci, aquæ, vel ſyrupi q. ſ.

Præſcribitur poſt epithema liquidum, quo finito, ſuperapponitur ſolidum.

Aliquando ſolo utimur ſolido, ut quando minor alterandi quàm roborandi neceſſitas eſt.

Uſus ad vires inſtaurandas, aut conſervandas.

♃. Conſer. roſ. & bugl. an. ℥.i.ß.

confect. alcherm. & hyacinth. ana ʒ. i. pulver. diamarg. frig. & diarrhod. abb. an. ʒ. ß. cum ſyrupo de pomis fiat epithema ſolidum admovendum cordis regioni.

In lipothymia, ſyncope, &c.

℞. Conſer. flor. anthos, & viol. an. ℥. i. ß. confect. alcherm. & theriacæ veteris an. ʒ. i. pulveris diamb. ʒ. ß. cum vino opt. vel aqua theriacali fiat epithema ſolidum cordi admovendum.

In pleuritide, febribus malignis, peſtilentibus.

℞. Conſer. roſar. & flor. borrag. an. ℥. i. ß. confect. alcherm. ʒ. i. ß. pulver. diamarg. frig. ʒ. i. cum oleo ſcorpion. Math. fiat epithema ſolidum pro cordis regione.

Contra vermes cum vomitu in pueris.

℞. Theriacæ diateſſaron ℥. iij. pulveris maſtiches, menthæ ſiccæ an. ʒ. ß. com ſyrupo de abſynthio fiat epithema ſolidum applicandum umbilico.

CAPUT II.

De Fomento.

FOtus remedium liquidum variis partibus admovendum pro variâ intentione.

Fit ex decocto radic. herbar. partibus affectis convenientium, aliquando etiam ex oxycrato, lacte, hydreleo, &c.

Liquor in quo fit decoctio, vel eſt aqua ſimplex, vel aqua & vinum, cùm ſimul roborandum eſt, vel lac quando dolor demulcendus, vel aqua fabrorum & chalybeata, quando eſt adſtringendum. Additur ad penetrationem acetum in morbis calidis, vinum album in frigidis.

Admovetur æſtate cum linteis craſſioribus, vel duplicatis: cæteris temporibus cum pannis laneis albis, aliquando cum ſpongiis, aut veſicis bubulis.

Semel aut bis in die fit fomentatio, prout urget affectus, & æger obtempe-

rat, manè duabus horis poſt juſculum vel ſtatim à ſumpto julepo, aut doſi apozematis; veſpere ante juſculum, aut cœnam.

Uſus eſt.

1. Ad æſtus viſcerum, & humorum in imo ventre ebullientium temperandum, cum vel ſine febre.

℞. Rad. oxylap. ℥. ii. utriuſque malvæ, cichor. lact. violar. agrim. an. M. i. ſemin. 4. frig. maj. an. ʒ. ij. ſantali citrini minutim ſecti. ℥. ß. roſar. rubr. & nymph. an. p. i. fiat decoct. colat. ℔. iij. adde aceti roſ. ℥. iv. fiat fotus, admovendus toti ventri infimo, cum pannis lineis craſſioribus, bis in die tepidulè, per horam.

2. Ad emolliendum, refrigerandum, aperiendum, & roborandum, quando adeſt durities, tenſio in hypochondriis cum obſtructionibus, quod in febribus continuis & intermittentibus ferè ſemper accidit, & in aliis affectibus ſine febre.

℞. Rad. alth. lapati acuti, an. ℥. i. ß. utriuſque malvæ, violar. cichor. totius, capill. ven. agrim. an. M. i.

ſemin. althææ & linin.an. ℥. i. ſantali citrini craſſo modo triti ℥. ß. roſar. rubr.p.i.fiat decoct. colat. ℔. iij. adde aceti roſ.℥. iv. fiat fotus admovendus toti ventri infimo &c.

Nota 1. quòd in iis, & ſimilibus decoctis, ſemper addenda ſunt ſpecifica roborantia,quæ Gal.in arte parva docet eſſe ſpirituoſa ſubſtantiâ prædita, & vi quâpiam adſtringente, ad temperiem & tonum partium conſervandum quæ remediis alterantibus,& laxantibus diſſolvuntur. Talia ſunt ſantalum citrinum,rubrum, roſæ rubræ,abſynth.cinnam.ſpica nardi,& ſimilia. Frigida in calidis, calida in frigidis affectibus uſurpanda.

Nota 2.Fomenta non eſſe admovenda, niſi poſt præmiſſa univerſalia, alioquin fundendo humores, eos movent in partes infarctu aut obſtructionibus laborantes,aut flatibus ventrem diſtendunt, dum humores craſſi præ copiâ fermentantur, & non tranſpirant: aliquando etiam febrem fuſis & agitatis humoribus excitant; unde dicitur, impura & plena corpora non eſſe balneanda, neque fovenda.

Ad adſtringendum in morbis, in quibus alvus laxior eſt ut in diarrhœa, cholera, dyſenteria, profluvio mēſtruorum, fluxione hæmorrhoidum, &c.

℞. Radic. biſtort. torment. pentaph. an. ℥. i. fol. cich cum toto, agrim. plantag. equiſ. burſæ paſt. & verbaſci an. M. j. ſantali rubri craſsè triti ℥. i. roſar. rubr. balauſt. an. p i. fiat decoctio ad ℔. iij addendo ſub finem, vini rubri auſteri, & aceti roſ. an. ℥. iij. fiat fotus admovendus, &c. detrahe vinum, ſi fluxus ſanguinis adſit, aut febris & æſtus viſcerum inſignis.

Aliquando cum alvi, aut ſanguinis profluvio, ut notatum eſt ſuprà cap. de hyſtericis, adſunt infarctus in hypocondriis cum viſcerum obſtructione, tunc ſociandæ ſunt indicationes, & miſcenda cum emollientibus & aperientibus adſtringentia. Ea debent prævalere, quorum indicatio urgentior eſt.

℞. Radic. oxalid. pentaph. an. ℥. ii. malvæ, cich. totius, equiſeti, agrim. an. M. j. ſem. portul. paliuri, an. ʒ.

iij. ſantal. rubri ℥. j. roſar. rubr. M. ſs. fiat decoct. colaturæ addito aceto ad ℥. iv. foveatur totus venter inferior, &c.

4. Ad emolliendum, & diſcutiendum in colicis doloribus, aliiſque morbis à flatu, aut cauſa frigidâ.

℞. Rad. alth. calami aromat. an. ℥. j. ſs. malvæ, calament. puleg. majoran. & ſummit. anethi an. M. i. florum camom. melil. an. p. i. fiat decoct. in aqua fontis, addendo ſub finem vini albi ℥. iv. colaturâ foveatur, &c.

In dolore pleuretico, nephritico, aut alterius partis; ex emollientibus, anodynis, & reſolventibus.

℞. Rad. alth. & lilior. an. ℥. i. fol. mal. utriuſque, violar. pariet. an. M. j. ſemin. lini, & fænug. an. ℥. i. florum chamomil. & melil. an. p. i. fiat decoct. colaturâ foveatur latus dolens, vel regio lumborum, vel alia pars affecta tepidè cum pannis lineis, vel cum veſica bovis, bis in die, ſuperilliniendo cum oleo amygdal. dulcium, vel linimento appropriato, vel inſuper admovendo cataplaſma, prout expedire videbitur.

5. Ad roborandum ſtomachum diſſolutum à cauſa frigida, vel mixta.

℞. Radic. cyperi, calami aromat. an. ℥. i. ſs. folior. abſynth. menthæ, major. an. m. i. ſpicæ nardi & ſantali rubri craſſo modo triti an. ℥. ſs. roſar. rubr. ſchœnanth. an. p. i. fiat decoct. in æquis partibus aquæ & vini rubri: colaturâ foveatur regio umbilicalis tepidè bis in die.

Cave, ne viſcera ſint calida, hepar enim incumbit ventriculo, & lien à ſiniſtris partibus aſſiſtit.

De Embroche.

Embroche differt à fotu, quòd ejus materia ex alto irrigando affundatur, aliquando etiam admovetur ad modum fomenti.

Uſus eſt.

Ad temperandum capitis ardorem, ſomnum conciliandum in febribus ardentibus, phrenitide, maniâ, omnique inſigni delirio.

℞. Fol. viol. lactuc. ſolan. beton. an. M. j. ſem. alth. & papav. albi an. ʒ. iii. flor. viol. nymph. an. p. i. fiat

decoct. colaturâ foveatur ſinciput deraſis capillis, bis in die; vel utere ſolo oxycrato.

In apoplexia, cæteriſque ſoporoſis affectibus, in cauſa merè frigida.

℞. Rad. zedoar. ireos Florent. an. ℥ i. fol. beton. ſalviæ, roriſmar. major. an. ℥. j. baccar. lauri ℥. j. ß. florum ſtœchad. p. j. fiat decoct. in æquis partibus aquæ & aceti: colatura utere pro fomento cum ſpongiis vel linteis, præmiſſis univerſalibus.

Iis accedit fotus ille, qui dicitur ſiccus, qui fit cum ſacculis, in quo includuntur herbæ, & aromata convenientia, maceratur in vino rubro, aut alio liquore.

Uſus eſt

In alvi fluxu, cholera, dyſenteria, dum partium naturalium vires, & tonus diſſolvuntur.

℞. Rad. cyperi & calam. aromat. an. M. i. cinam. nucis moſch. & garyoph. an. ʒ. ij. roſar. rubr. p. iij. fiant duo ſacculi interpuncti, macera in vino generoſo, & viciſſim tepidè applica, per horam ſupra umbilicum manè & veſpere.

De

De Lotionibus.

Lotiones ſunt quædam fomenta, quæ pro diverſis partibus, & ſcopis variè componuntur.

1. Pro capite, ulceribus, tinea, & pediculis ſcatenti.

℞. Radic. ireos flor. & enulæ camp. an. ℥. ij. folior. abſynth. ſalviæ beton. & abrotani, an. M. i. ſemin. ſtaphyſ. ag. urticæ, & ſulphuris vivi an. ℥. ß. ſummit. centaur. min. ſtœchad. an. p. i. fiat decoct. in æquis partibus aquæ & vini rubri, vel in lixivio ſarmentorum: colaturâ foveatur caput manè calidè; poſtea exſiccetur, unguento appropriato illiniatur.

2. Pro pedibus roborandis in cachecticis, arthriticis, &c.

℞. Fol. ſalviæ, roriſmar. & abſynth. an. M. i. flor. ſalviæ & roſar. an. p. i. ſalis & aluminis, an. ℥. ß fiat decoct. in aqua & vino pro lotione pedum manè & veſperè.

3. Ad ſomnum conciliandum urgentibus vigiliis, in delirio, phrenitide, &c. tum & in ſanis.

℞. Fol. malvæ violar. lact. & ſolani, an. M. i. capit. papaveris albi M. i. ß.

flor. nymph. M.ß. coquantur in oxycrato : colaturâ foveantur pedes irrigando mane & veſpere hora ſomni.

CAPUT III.

De Balneo, & ſemi-Balneo.

BAlneum eſt totius corporis infra caput, in quocunque liquore immerſio.

Duplex eſt, ſimplex, & compoſitum.

Simplex fit ex aqua ſola tepida, vel ex oleo ſolo, vel ex lacte, aut aqua & oleo.

Utimur balneo ex aqua dulci, frigidâ ad totius refrigerium & inducendam cutis laxioris conſtipationem : tepidâ, ad gracilia ſiccaque corpora humectanda, vaſa laxanda, humores ad cutem evocandos, ſomnum conciliandum in hectica laborantibus, aut longo itinere fatigatis.

Ex aqua marina, ad humores exiſtentes in habitu corporis abſumendos, cutem firmandam, & roborandos artus.

Ex oleo, vel oleo & aqua ad mitigandos dolores colicos & nephriticos citra inflammationem, ad cutem laxandam, & totum corpus emolliendum, præſertim in convulſionibus.

Ex lacte, ad efficaciter humectandum ſquallidum corpus.

Vtimur aliquando pro balneo vinaceis adhuc vino calentibus, ad humores in habitu corporis, & artubus exiſtentes liquandos & reſolvendos, externaſque partes excrementis liberas novâ firmitate roborandas.

Thermales aquæ competunt pro balneo in morbis frigidis, quæ pro varia metallorum aliorumque foſſilium mixtura, ſuccos diverſos, ſales & ſpiritus obtinent variis affectibus utiles.

Balneum compoſitum fit ex decocto radic. herbar. ſemin. flor. vel etiam foſſilium, quibus thermalium aquarum vires proximè imitari intendimus.

Radices ac ſemina præſcribuntur libris & unciis, herbæ faſciculis, flores manipulis, foſſilia libris & unciis.

Tempus ingrediendi balneum eſt manè & veſpere, vel manè ſolum aut

veſperè ante cibum, non vigente frigore, aut æſtu nimio, perfectâ coctione, alvi, & veſicæ excrementis priùs excluſis: tepidum ſit balneum in ingreſſu, ne calore nimis accendat, aut frigore rigorem excitet, aut poros occludat & obſtruat.

Mora in balneo eſt per horam plus minùs pro viribus, & tolerantia corporis: poſt balneum linteis blandè exſiccatum corpus quieti tradendum. Ante ingreſſum balnei, vel etiam in 1. ingreſſu, aut ſaltem poſt ſemi horam ab egreſſu, prodeſt gracilibus & debilibus aſſumere juſculum refrigerans, lac, aut ſerum lactis, aut hordei cremorem. Balneum enim nocet famelico. Continuari debet per triduum, ſi bis in die; per ſex aut octo dies, ſi ſemel ſumatur: quæ omnes cautiones adhibendæ ſunt, in uſu tam ſimplicis quàm compoſiti balnei. Aliquando in ingreſſu balnei exhibetur ptiſana laxans aut aliud medicamentum purgans, præſertim in morbis melancholicis hypocondriacis, hyſtericis, calidis gracilibuſque corporibus. Seu ad præcautionem, ſeu ad curationem

præſcribatur balneum,ſemper præmittenda ſunt univerſalia, quæ ſufficiant ad tollendas obſtructiones,infarctus, durities,& tumores viſcerum; ne fuſi calore balnei humores, aut fluxiles redditi, aut intrò frigore repulſi, in partes debiles aut malè affectas decumbant.

Uſus eſt.

1. Ad refrigerandum & humectandum in calidis viſceribus, renum ardore, dyſuria, febre hectica.

℞. Fol.viol.lact. malv.cich. utriuſque bugloſſ. an. faſcic. 1.amyd. dulc. contuſ.& in ſacculo incluſ. ℔ ſs. flor. viol. nymph. an. M i. fiat decoct. in aqua fontis, vel fluviatili pro balneo, quod ingrediatur tepidè, manè horâ vii. veſperè hora iv. & continuet per triduum, plus minùs pro exigentia.

Æger egreſſus è balneo inungatur linimento refrigerante parti affectæ, & morbo appropriato.

2. Ad aſtringendum in immodico menſtruorum, hæmorrh. & alvi fluxu, præmiſſis ſufficienter univerſalibus.

℞. Rad. biſtort. & conſol. maj. an. ℔.j. fol. plantag. cupreſſi, centinod. verbaſc. equiſ. an. M. i. ß. cortic. granat. balauſt. alumin. an. M. i. ß. roſar. rubr. M. ij. fiat decoct. in aqua fontis, adde aceti roſat. ℔. ß. pro balneo, &c.

3. Ad paralyticum corpus exſiccandum, ſi balneum deſit naturale.

℞. Salis comm. ℔. ij. ſulphur. & alum. an. ℔. i. folior. puleg. ſalv. chamæp. hyſſ. roriſm. an. faſcic. j. flor. ſtœchad. anth. ſalv. an. M. ij. fiat decoct. in aqua, addendo ſub finem vini rubri ℔. iij. pro balneo, &c.

De Semibalneo.

Semibalneum, ſemicupium, inſeſſus idem ſonant, eſtque dimidium balneum, in quo uſque ad os ventriculi media fœmora æger proluitur.

Quia minor liquoris quantitas ad inſeſſum neceſſaria eſt, quàm ad balneum integrum, ita minor copia ſumitur eorum, quæ incoquuntur, cùm ſemibalneum ſimplex non eſt, ſed compoſitum.

Uſus eſt.

1. Ad temperandum calorem & ſiccitatem viſcerum.

♃. Fol. cich. bugl. utriuſque cum rad. lact. fumar. an. M iv. amygd. dulc. contuſ. ℔. ß. florum nymph. roſar. an. M. ii. fiat decoct. in aqua fontis, addendo aceti roſ. ℔. ß. pro ſemicupio, quod ingrediatur &c.

2. Ad dolorem nephriticum & colicum, urinæ ſupreſſionem &c.

℞. Rad. alth. lilior. an. ℔. ß. fol. malvæ, pariet. violar. betulæ, & raph. an. M. iij. ſemin. lini, petroſ. fœnic. an. ℥. ij. coquantur in aqua fontis pro ſemibalneo: addi poteſt oleum commune, vel vinum album ad ℔. i. ß.

3. Ad menſes movendos.

℞. Fol. utriuſque malvæ, pariet. artemiſ. valerian. an. M. iij. ſemin. lini, ſeſel. an. ℥. iij. ſabinæ, & dictam. an. M. iij. florum chamæp. ſummit. hyper. an. M. j. coque pro ſemibalneo.

CAPUT IV.

De Stupha.

STupha, ſudatorium, laconicum, & vaporarium ſignificant modum, quo æger vapore calido & ſicco, vel calido & humido incaleſcit, & ſudat.

Multiplici modo eliciuntur ſudores in ſtupha.

1. Vel in ſudatoriis thermalibus à fervido vapore poros aperiente, & diffuſos per habitum humores evocando, quod prodeſt frigidis affectibus capitis, nervorum, cachecticis, arthriticis, &c.

2. Vel erecto cum cupa conopeo, quod incaleſcit à vapore, qui excitatur à lapidibus decem, vel duodecim in cupa diſpoſitis, iiſque ferventibus, ſupra quos infunditur decoctum herbarum, quæ diaphoreticæ ſunt; vel ab eodem decocto in cupa poſito, in quod lapides illi igniti projiciuntur.

3. Vel inſtrumento ligneo cavo dicto *l'archet*, aut quod commodius eſt, *capſula* ex ligno & charta craſſiori parata ; in illo ponitur æger decumbens capite extrà erecto, in hoc ſellæ inſidens comprehenditur totus , excepto capite, quod ſæpe per feneſtellam extrà exerit ad meliùs reſpirandum: vas ſimul aquâ vitæ plenum includitur, & accenditur, ac hujus vapore cutis ſpiracula aperiuntur.

Uſus eſt in prædictis affectibus, rheumatiſmo, lue venerea , in qua ſudores aliquando excitamus , etiam cum cinnabaro. Celebranda priùs ſunt univerſalia , & particularia remedia , nec niſi corpore ritè purgato in uſu eſſe debet. Ut convenit frigidis affectibus & obeſis , ſic calidis & ſiccis naturis , atque morbis adverſatur. Aliquando etiam ad peculiare membrum aptatur hujuſmodi remedium , ut in iſchiade diuturna, aut chronico artûs alicujus dolore, in quo caſu membrum cupulâ , vel inſtrumento ligneo arcuato incluſum , & ſtragulis probè tectum, calidis vaporibus à ſpiritu vini,

vel decocto diaphoretico, aut aceto cui ſilex candens fuerit injectus, exhalantibus, in ſudores tranſpirat.

CAPUT V.

De Suffitu.

SUffitus eſt medicamentum formâ ſiccum, vel humidum, quod ignis vel caloris vi expirat odores variis affectibus convenientes.

Alius eſt ſiccus, alius humidus.

Siccus componitur ex pulveribus aromaticis, quibus ſi addantur gummata, concinnantur in trochiſcos.

Uſus eſt.

1. Ad roborandum, & alterandum in frigida & humida intemperie cerebri, catarrho, &c.

℞. Ladan. ʒ. ij. ſtyrac. calami aromat. an. ʒ. i. ß. benjoin. thuris, ligni aloes, an. ʒ. iij. ambræ & moſchi, an. gr. ij. fiat omnium pulvis, quo ſuper carbones injecto ſuffiantur tegumenta capitis, & de quo vapores naribus & ore hauriat in lecti ingreſſu. Si ex

hoc pulvere trochiſcos efficere velis, adde gummi tragacanthi in aqua roſar. ſoluti q. ſ. fiant trochiſci, quorum uſus idem eſt ac pulveris.

Detrahe moſchum & ambaram, ſi pro mulierib. deſideratur ſuffimentum.

2. Ad exſiccanda maligna ulcera venerea, oris & faucium.

℞. Styrac. myrrh. thur. maſcul. an. ʒ. ij. benjoin. ʒ. iij. cinnab. ʒ. i. cum mucilag. gummi tragac. fiant trochiſci, quorum unus injiciatur carbonibus ignitis, fumum ſuſcipiat æger ore hiante.

3. Ad excitandos ſudores in prædicto inſtrumento ligneo, ad luis venereæ curationem.

℞. Cinnab. ℥. j. ß. ſtyrac. myrrh. calamit. ana ʒ. j. reſin. pini ʒ. ij. terebinth. q. ſ. fiant trochiſci ad ſuffitum.

Fiunt ſuffitus ex caſtoreo, plumis perdicum, papyro, aſſa fœtida, ſolis vel mixtis, naribus tantùm admovendis pro hyſtericis.

Suffitus humidus vapor eſt, ex liquore nempe, aceto vino, aquâ roſ. naphæ, &c. ex olla vi caloris expirans.

Excipitur in uteri affectibus per

ſellam perforatam, aut infundibulum in aurium morbis per tubulum ad figuram infundibuli concinnatum.

Uſus eſt in menſibus ſiſtendis, aut movendis ex chalaſticis, in dyſenteria ex adſtringentibus, in ani procidentiâ, hæmorrhoidibus ſiſtendis, leniendis, pro quo ultimo prodeſt ſequens formula.

℞. Folior. verbaſc. & rad. porri, an. M. i. ſemin. lini ℥. j. coque in aquæ q. ſ. cujus tepidus vapor ano ex perforato ſedili excipiatur.

CAPUT VI.

De Oxyrrhodino.

OXyrrhodinum vi nominis ſignificat medicamentum ex aceto & roſis factum. Communiter verò à practicis uſurpatur pro eo, quod capiti, fronti, & collo adhibetur.

Componitur ex oleo roſ. & aceto, cum hac proportione ut ad ℥. iij. olei ſit ʒ. j. aceti roſ.

Uſus eſt.

1. In febribus, dolore capitis inſigni delirio vel præſente vel imminente, lethargo, comate vigili, & ſimilibus, in quibus æſtuat cerebrum.

♃. Olei roſ. ℥. iv. aceti roſ. ℥. i. ſs. fiat oxyrrhod. admovend. deraſo ſincipiti, & fronti cum ſtupis cannabinis tepidè bis terque, diu noctuque.

Loco olei roſati ſumi poſſunt oleum violar. de nymph. de papav.

Vel

♃. Olei roſati ℥. iij. aquæ roſ. & plantag. an. ℥. i. aceti roſ. ℥. i. ſs. fiat oxyrrhod. &c.

Debet mutari dum incaleſcit, aut refrigeratur per ſex aut ſeptem vices.

Oportet ut præmittantur univerſalia; non ſunt enim admovenda topica repellentia corpore adhuc pleno. Quando adeſt inflammatio, non eſt perſeverandum ultra principium & augmenti initium; tunc enim miſcenda ſunt reſolventia, ut oleum chamœmel. cum prædictis repellentibus.

2. Adhibetur in diarrhœa, dyſenteriâ, quando adeſt phlogoſis, aut

inflammatio, tepidè ab umbilico ad pubem, cum ſtupis cannabinis.

CAPUT VII.

De Frontali.

FRontale eſt topicum medicamentum, quod fronti admovetur citra ſimplicem illinitionem.

Componitur ex herbis floribus contuſis, & in aceto maceratis: vel ex unguentis, pulveribus, aqua roſ. ovi albumine, aceto roſaceo & ſimilibus: includuntur hæc duobus linteis, & fronti, temporibuſque applicantur.

Uſus eſt

1. Ad hæmorrhagiam, & fluxiones in aures & oculos ſiſtendas.

℞. Pulv. boli armen. roſ. terræ ſigill. an. ℥. j. maſtich. ʒ. ß. farinæ volat. ℈. iv. cum album. ovi, & aqua roſar. agitentur, cumque ſtupis cannabinis fiat frontale admovendum fronti, & temporibus.

2. Ad demulcendum capitis dolorem.

℞. Fol. lact. violar. an. M. ß. rament. cucurb. ℥. ij. minutim ſeca, & applica fronti & temporibus.

3. Ad ſomnum conciliandum.

Communiter fit frontale ex ovi albumine agitato cum aqua & aceto roſ. ſtupis cannab. excepto.

Vel

In febribus, deliriis, vigiliiſque, quando validius deſideratur.

℞. Fol. lact. nymph. hyoſciam. an. M. j. gran. kermes ʒ. j. contunde cum aqua & aceto roſac. fiat frontale.

℞. Conſerv. roſar. ℥. j. ung. populei ℥. ß. pulv. requiei Nicolai ʒ. i. gran. kermes ʒ. ß. cum ovi albumin. agitato cum aqua roſ. fiat frontale admovendum fronti, & temporibus, ſingulo veſpere renovandum.

CAPUT VIII.

De Placenta roſacea.

IN diarrhœa, dyſenteria, vomitu, & omni diſſolutione partium naturalium, poſt univerſalia.

Utiliter admovetur toti ventri infimo placenta roſacea, macerata in ſolo vino rubro; vel in cauſa calida, in æquis partibus aquæ roſ. & aceti, pulvere aliquo convenienti conſperſa.

℞. Pulv. thur. maſtich. roſ. corall. rubri, an. ʒ. i. inſpergatur placenta roſ. macerata in aqua roſ. cum tertia parte aceti, vel in æquis partibus aceti roſati, aquæ & vini; admove calidè ventri infimo.

Detinetur per duas aut tres horas, poſtea exſiccata pars illinitur oleo, vel linimento appropriato. Applicatur ſemel aut bis in die, prout expedit.

CAPUT IX.

De Linimento.

Linimentum conſiſtentiam habet mediam inter oleum & unguentum, oleo craſſius, unguento liquidius.

Componitur ex oleis, axungiis, butyro, pulveribus, medullis, unguentis. Proportio ea eſſe debet ut ad duas

olei partes, ſit una axungiæ aut butyri, pulverum ʒ. j.

Doſis totius linimenti eſt ad ℥. iv. plus minùs pro partis affectæ magnitudine. Cera non eſt addenda, quia poros obſtruit.

Uſus eſt.

1. Ad refrigerandum, & demulcendum dolorem in partibus æſtuantibus.

℞. Ung roſ. Meſues, & cerati refrig. Gal. lotorum in oxycrato, an. ℥. j. ſalis Saturni ʒ.i. ſucci endiv. q.ſ. fiat linimentum.

Pars æſtuans, vel inflammata illiniatur hyeme tepidè, æſtate frigidè.

2. Ad pectus laxandum.

In cauſa calida, ut peripneumonia, pleuritide, tuſſi, ſolo utimur oleo amygd. dulc. pro pectoris linimento.

In frigida cauſa, aut mixta.

℞. Olei chamæmel. & lilior. an. ℥. j. unguenti pectoralis, vel butyri ſine ſale ℥. ſſ. fiat liniment. quo tota pectoris regio illiniatur.

Vel

℞. Olei chamæmel. ℥. ij. unguent. de alth. ℥. j. fiat linimentum, quo latus dolens illiniatur tepidè.

3. Ad refrigerandum, laxandum, & demulcendum dolorem in nephritide ſine febre.

℞. Unguenti de alth. ℥.i. olei ſcorpionum Mathiol. ʒ.j.ß. olei lilior. q. ſ. fiat linimentum, quo lumborum regio illiniatur.

4. Ad reſolvendum, & roborandum in paralyſi, convulſione.

℞. Ung. marciati ℥. j. theriac. ver. ʒ. iij. ſtyracis liquidæ, & aquæ vitæ, an. ʒ. ij. olei rutac. q. ſ. fiat linimentum, quo ſpina dorſi, & partes paralyticæ illiniantur.

Ad ſimilem ſcopum prodeſt balſamum Guidonis.

5. Ad mitigandos dolores hæmorrhoidum, eorumque tumores diſcutiendum.

℞. Unguenti roſ. loti in aqua roſ. ℥. ii. mercurii crudi ʒ. ij. miſce, fiat linimentum.

CAPUT X.

De Unguento.

Unguentum eſt topicum medicamentum, ex oleo, pinguedine, medullis, reſina, pulvere, cera & ſimilibus compoſitum, ad firmiorem linimento conſiſtentiam deductum.

Proportio ingredientium talis eſſe debet, ut pro ℥.j. olei, ſit pulveris, & ceræ, utriuſque quarta pars. Plerumque non limitamus ceræ copiam, ſed ejus præſcribimus q. ſ.

Solum unguentum nutritum fit ſine cera & igne.

Doſis totius eſt ad ℥.iij.vj.vel ℔.j. pro partis inungendæ magnitudine. Aliqui immiſcent ſuccos oleis, ut bulliant ad ſuccorum conſumptionem.

Unguentum aliud officinale, quod in officinis ſervatur paratum, ut ung. roſ. populeum, de alth. quibus vel ſolis, vel ſimul mixtis utimur.

Aliud magiſtrale, quod à medico ex tempore præſcribitur; cujus uſus eſt multiplex.

1. Ad emolliendum, & reſolvendum in tumoribus duris, & doloribus à cauſa frigida.

℞. Ung. de alth. vel reſump. an. ℥. j. ung. agrip. & anatis, an. ℥. ſs. miſce, fiat unguent.

Unguentum nutritum ad herpetes cutis, ulcuſcula, phlogoſes.

℞. Litharg. auri tenuiſſimè triti, olei roſar. & aceti, ana quantum lithargyrus agitatus in mortario ebibere poterit, & juſtam craſſitiem acquiſierit.

Loco aceti quando magis refrigerandi, quàm exſiccandi opus eſt nutritur lithargyrus cum aqua roſ. vel plantag.

2. Ad ſcabiem & pruritum.

℞. Sulph. pul. ſucco limon. loti & nutriti ℥. i. axungiæ ſuillæ, vel butyri recentis ℥. j. ſs. ſalis comm. ʒ. j. fiat unguent. quo veſpere dum it cubitum illiniatur.

3. Ad ſalivationem provocandam in lue venerea extirpanda.

℞. Mercurii optimi cum terebinth. vel ſaliva perfectè extincti ℥. iv. axungiæ proci ℔. j. unguenti martiati ℥. i.

olei chamæmel. q. ſ. fiat unguentum, quo illiniantur, ut artis eſt, artus, nates, & ſpina dorſi.

Fortius fiet unguentum, ſi mercurii quantitas augeatur ad ℔. ß. pro. ℔. j. axungiæ: Adhuc fortius erit ſi ad ℥. viij. Fortiſſimum verò ſi mercurii & axungiæ an. partes æquales præſcribantur.

Pro delicatis, gracilibus, & ad ſputum proclivibus minor doſis; pro robuſtioribus aut robuſtiſſimis proportionaliter cæteræ conveniunt. Aliquando incipimus à minori doſi, & deinde augemus mercurii quantitatem, dum videmus ſputum lentè apparere, & procedere.

Tempeſtas idonea eſt verna, vel autumnalis. Debet fieri inunctio manè hora 6. In debilibus non longè ab aſſumpto juſculo; alioquin jejuno ventriculo, vel immediatè poſt aſſumptum cyathum bocheti ex china, incipiendo à partibus inferioribus ad ſuperiores. Rarò fit bis in die inunctio univerſalis, nec unquam niſi in robuſtis: ſed aliquando particularis veſpere, ſecundum extremas partes, ut

juvetur prior inunctio, & ipſius operatio, utque natura citiùs proferat πτυαλισμόν.

Inunctio fit per tres, quatuor, aut quinque, dies donec procedat oris fluxus; qui ſi, quando apparuit lentè progrediatur, promovendus eſt frictionibus particularibus manè, vel veſpere horâ 4.

In obeſis, pituitoſis, iiſque in quibus timetur nervorum imbecillitas, addenda eſt ſtyrax liquida ad ℥. ß. in unguentis.

Aliquando dum incipit ptyaliſmus; abſtinemus ab inunctione, in debilibus potiſſimùm & delicatis corporibus; nec enim tamdiu celebrari debet, dum liberrimè oris fluor procedat, quia motus naturæ optimè regulati incipiunt debiliter, poſtea augentur: ideòque aliquando per unum aut alterum diem fit intermiſſio, quo tempore ſi videamus naturam quaſi ſopitam, & penitùs languentem ad oris fluxum, ulteriùs quantum ſatis videtur, inungimus.

Criſim in procinctu & proximè accedentem cognoſcimus, quando adeſt.

laſſitudo inſignis, oris & gingivarum inflammatio, tumor, & ulcuſcula naſcuntur.

Inunctus æger linteis involvendus calidis, poſtea in lecto componendus, & ſtragulis coopertus per horam ſinendus.

Nota, quòd non ſit admodum opprimendus ſtragulis, ſi copioſus eliciatur ſudor; ſed iis ſolùm, quibus ſufficiat ad majorem tranſpirationem, & unguenti ad interiora penetrationem. Per horam ſic relinquitur, plus minùs, pro virium robore, deinde detergitur ſudor, & poſt horam juſculum exhibetur.

Quamdiu celebratur hydrargyroſis, juſculis optimis & panatellis æger eſt nutriendus: accedente criſi ſolis juſculis, tum & quandiu natura fatigatur, aut adeſt febris inſignis.

Aliquando accidentia ſuperveniunt, quæ impediunt ſalivationem, ut febris, convulſio, angina, ſuffocatio, ſudor copioſus, alvi fluxus, ob fervorem & motum humorum, qui in varias partes feruntur, naturâ non determinante motum ad os, quia

opprimitur & nimis irritatur: tum verò non eſt pertinaciùs inſiſtendum frictionibus, ſed, ut prudenti medico videbitur, vena ſecanda aut purgandum, aut utrumque agendum, aut clyſteribus detergentibus, & anodynis laxior alvus coërcenda. Sedata tempeſtate, ſi non moveatur oris fluor, ad inunctiones rurſus procedendum, ſi non ſatis fuerint celebratæ, & vires ferre poſſint.

Iiſdem linteis diu noctuque immaneat æger, per ſex vel octo dies, ut oris fluxus conſervetur, niſi febris intenſior, copioſus ſudor, aut alvi fluxus, aliudve inſigne ſymptoma mutare cogat. Quando ſudor & alvi fluxus ſuperveniunt inſigniter, dum celebrantur frictiones, dandæ ſunt induciæ, & intervallum ſufficiens ponendum inter unam & alteram inunctionem, ut deſueſcat natura, quò minimè confert, movere. Quo tempore clyſteribus convenientibus, cæteriſque indicatis frænandus humorum motus.

Præparantia inunctionibus præmittantur, in uſu erant antea venæ ſectio

ſectio, purgatio per apozemata, diæta ſudorifica per xx. aut xxx. dies; addebant aliqui hydrargyroſim: jam experientia oſtendit ſecuriùs extirpari radices luis venereæ, & ſalivationem obtineri, ſi venæ ſectioni ſemel, bis, terve pro ſanguinis copia, & viribus, purgationibus interpolatis, 1. ex ſenna, caſſia, manna vel confect. hamech. & ſyrupo roſ. poſtea ex aquila alba & præcipitato albo, diagridio & ſimilibus, tum & juſculis aperientibus & refrigerantibus, balneis quoque ad ſufficiens tempus, id eſt per xv. aut xx. dies celebratis; ultimò tandem ſoli lui venereæ ῥιζοτόμῳ hydrargyroſi confidamus.

Nota, quòd ſi lui venereæ, quod plerumque fit, implicentur alii affectus, ut viſcerum obſtructiones, infarctus, febris continua, vel intermittens, tuſſis, macies inſignis, priùs auferendi ſint convenientibus remediis, non neglectis ſpecificis. Iis verò vel penitùs, vel ex majori parte ſublatis, procedendum ad regularem luis venereæ curationem.

Sinendum ut oris fluor procedat per xxx. dies, ad minùs xx. poſtea purgatio celebranda, cui præmittatur venæ ſectio ſi neceſſaria videatur. Si calida viſcerum intemperies ſuperſit, juſculis refrigerantibus & balneis; & ſi macies etiam reperiatur, lacte aſinino utendum.

CAPUT XI.

De Cerato.

Ceratum à cera dicitur, remedium eſt conſiſtentiâ medium inter emplaſtrum & unguentum.

Fit cùm unguentis cerâ additâ conciliamus paulò ſolidiorem conſiſtentiam; vel cùm emplaſtrum oleis additis ad molliorem conſiſtentiam deducimus: vel fit ex oleo, pulvere & cera.

Hæc eſt proportio ingredientium, ut ſi olei ſit ℥. j. ſit pulveris ʒ. i. ß. ceræ ℥. ß. Ceratum refrigerans Gal. & ſantalinum ſunt potiùs unguenta, quàm cerata.

Uſus eſt.

1. Cùm duritiem emplaſtri convenientis pars ferre non poteſt.

2. Ad emolliendum, reſolvendum, adſtringendum, nuſquam ad refrigerandum, quia calefacit retinendo vapores.

Ad capitis vulnera, contuſiones, & fracturas calvariæ.

♃. Maſſæ emplaſtri de betonica ℥. ij. olei. roſ. q. ſ. fiat ceratum pro parte affecta.

Ad tumores lienis.

℞. Gummi ammoniaci in aceto ſoluti & trajecti ℥. i. olei de cappar. lilior. & ceræ, q. ſ. fiat ceratum admovendum parti bis in die.

In lienteria, dyſenteria, &c.

♃. Pulver. maſtich. boli armen. acaciæ, ſang. drac. an. ʒ. i. ß. olei cydon. ℥. ij. ceræ q. ſ. fiat ceratum.

Vel

♃. Maſſæ emplaſtri pro ſtomacho ℥. ij. olei cydon. q. ſ. fiat ceratum, quo bis aut ter in die totus venter inferior illiniatur.

CAPUT XII.

De Emplaſtro.

EMplaſtrum ab effectu dicitur, quia obſtruit & implet poros, eſtque remedium cerato craſſius & viſcidius, quod cuti admotum tenaciùs adhæreſcit.

Aliud eſt officinale, quod ſervatur in officinis paratum; aliud magiſtrale, quod præſcribitur à medico ad varios ſcopos.

Componitur ex qualibet minerali, vegetabili, animali ſicca ſubſtantia, quæ conſiſtentiam aſſumit ab oleo, reſina, pinguedine, gummi, cera & ſimilibus. Quorum talis debet eſſe proportio, ut pro olei. ℥j. ſint pulveris ʒ. vi. ceræ ℥. j. ß. ſi axungiæ addantur, dimidiæ olei quantitatis vicem ſubeunt, ita ut ℥. j. axungiæ pro ℥. ß. olei habeatur. Sæpè quia præcisè definiri non poteſt olei & ceræ quantitas, ideò ſcribitur olei & ceræ q. ſ. immiſcemus aliquando

emplaſtra officinalia, prout varia eſt intentio.

Uſus eſt, quando validè eſt emolliendum, glutinandum, maturandum, digerendum, coquendum; cutis enim ſpiracula conſtipando, validè calefaciunt, exſiccant fundunt, & evocant ad exteriora.

Ad maligna & cancroſa ulcera purganda, & ad cicatricem deducenda.

℞. Olei, in quo limatura plumbi incoxerit, ℥. iij. reſinæ & gummi elemi, an. ℥. iij. plumbi cum dimidio hydrargyri ad ignem fuſi & in pulverem verſi ℥. ß. ceruſæ lotæ, tuthiæ præparatæ, lapidis calaminaris, ana ℥. ij. ceræ flavæ in aqua fabrorum liquatæ & lotæ, ℔. j. miſce, fiat emplaſtrum.

Ad tumidum lienem deprimendum.

℞. Radic. cucum. aſinini in aqua coctæ, piſtæ, & per ſetaceum trajectæ ℥. iij. gummi ammoni. aceto ſoluti ℥. ij. galbani & ſagap. an. ℥. ß. olei de cappar. & ceræ q. ſ. fiat emplaſtrum.

CAPUT XIII.

De Cataplaſmate.

Cataplaſma ſignificat medicamentum ſuperpoſitum, eſtque malagma topicum ad pultis ferè conſiſtentiam.

Componitur ex radicibus, foliis, ſeminibus, floribus, ad eam doſim, quæ pro fomento. Coquuntur ferè ad putrilaginem, poſtea contunduntur, & trajiciuntur per ſetaceum: adduntur pulveres, vel farinæ ad ℥. iij. vel iv. oleorum vel axungiæ ad ℥. ii. vel iij.

Fit etiam ex cruſta panis toſtâ, deinde in vino maceratâ, cui adſperguntur pulveres roborantes ad ʒ. i. vel ij.

Fit quoque ex micâ panis infuſâ aut leviter coctâ cum lacte, addendo vitellos ovorum, crocum, & aliquando oleum roſaceum.

Fit nonnunquam ex fructibus, ut cydoniis ſub cineribus coctis, deinde contuſis & trajectis, additis pulve-

ribus convenientibus, & vino, ſi opus videatur.

Uſus multiplex eſt.

1. Ad dolores ſanandos in principio fluxionis calidæ, vel inflammationis, unde dicitur *ἀνώδυνον*.

℞. Micæ panis albi ℔. ß. lactis caprill. q. ſ. coquantur in pultis modum, addendo vitellos ovor. n. ij. croci ℈. j. fiat cataplaſma.

Addi poſſunt etiam poma cocta duo, detractis cortice & ſeminibus.

Dolore multùm urgente.

℞. Fol. hyoſciam. M. j. ſemin. papav. alb. lact. an. ℥. ß. flor. camon p. j. fiat decoct. in lacte caprill. quibus contuſis & cribratis adde vitellos ovor. ij. croci ℈. j. fiat cataplaſma.

Admoventur in dolore hæmorrhoidum, articulorum, & cæterarum partium; præterquam in laterum doloribus pleuriticis, & emunctoriis; in quo caſu materia foràs evocanda emollientibus, & reſolventibus mixtis cum anodynis.

2. Ad fluxionem reprimendam in principio inflammationum.

℞. Fol. plantag. oxalid. ſempervjv.

an. M. j. balauſt. & roſar. rubr. an. M. ß. fiat decoct. in oxycrato, contunde & cribra. adde farinæ hord. ℥. ij. olei roſati ℥. j. fiat cataplaſma &c.

Si urgeat dolor, miſcendum hoc cataplaſma cum cataplaſm. anodyno ſuprà deſcripto, addito unguento populeo ad ℥. j.

In carbunculo, & omnibus malignis inflammatis puſtulis, ad humoris acrimoniam retundendam.

℞. Fol. arnogloſ. oxalid. an. M. ij. panis ſyncomiſti ℥. iv. farinæ lentium ℥. ij. coquantur in oxymelite fiat catapl.

Vel

♃. Mali punici acido-dulcis; vel alterius acidi, alterius dulcis, q. ſ. coque in aceto, contunde, & fiat cataplaſma quartâ quaque horâ renovandum.

Si adſit puſtula nigra in centro, cauſtico priùs tollenda, & ſcarificandæ partes combuſtæ in vicinia, poſtea admovendum cataplaſma.

3. In augmento inflammationum, ad fluxionem deprimendam & leviter reſolvendam.

♃. Fol. plan tag. M. iij. flor. chamomil. melil. ſummit. aneth. an. M. ſs. fiat decoctio: contuſis omnibus adde farinæ ſemin. lini & hordei, an. ℥. ij. olei chamom. ℥. ß. fiat cataplaſma.

Vel

℞. Farin. hordei & lentium, an. ℥. iii. coque in oxycrato ad pultis conſiſtentiam, addendo butyri recentis ℥. j. ß. olei roſati ℥. j. fiat cataplaſm.

4. Ad ſuppurationem juvandam in pleuritide, vel in ſtatu inflammationum.

℞. Radic. alth. & lilior. an. ℥. ij. fol. alth. mal. violar. pariet. an. M. j. ſemin. lini, & fœnugr. an. ℥. i. caricar. ping. par. vi. flor. chamom. melil. an. p. i. fiat decoct. Contuſis omnibus, & cribratis adde unguenti de alth. & butyri ſine ſale, an ℥. j. ß. olei chamom. ℥ ij. croci ℈. j. fiat catapl.

5. In virium defectu, languente ſtomacho, vomitu inſigni, &c.

℞. Pulver. maſtich. roſ. cinnam. & garyoph. an. ʒ. ß. inſperge ſuper cruſtam panis toſtam, & mero vel æquis partibus vini rubri, & aceti intinctam calidè, & admove ſupra umbilicum.

6. In alvi fluxu, dyſenteriâ, cholerâ, vomitu.

℞. Cydon. coctor. ſub cineribus, vel in aceto fortiſſimo, n. iv. contunde & trajice: adde pulver. maſtich. corall. & ſantal. rubri, gran. kermes, an. ʒ. ß. fiat cataplaſm.

In cholerâ & vomitu.

℞. Fermenti acris ℥. iv. macera cum aceto acerrimo, & ſucco menthæ, adde pulveris menthæ ſicc. ʒ. i. fiat catapl. admove umbilico.

CAPUT XIV.

De Veſicatorio.

VEſicatorium eſt topicum remedium, quod cuti admotum epidermida in bullas elevat & ichoroſam ſubſtantiam ad cutem educit.

Componitur ex variis, faciliùs tamen & utiliùs paratur, vel ex emplaſtro veſicante ſolo, aut addito pulvere cantharidum; vel ex fermento & cantharidibus præparatis, id eſt, quibus alæ & capita præciſa ſunt.

Sinapiſmi & phœnigmi olim fiebant ex pulpâ caricarum & ſinapi, ſed horum uſus obſolevit, eorum vices efficaciùs ſupplent veſicantia. Quorum

Uſus eſt ad humores ad cutem educendos, vacuandos, revellendos, & derivandos, in ſoporoſis affectibus, catarrhò dilabente in pectus, oculos, aures, dentes, &c. In articulorum, & iſchiadicis contumacibus doloribus, exoſtoſibus venereis, &c.

In morbis capitis admoventur ſupra colli vertebras; in affectibus oculorum etiam pone aures, &c. In aliis verò caſibus ſupra partem affectam. Volunt aliqui prodeſſe febri malignæ, ſi carpis admoveantur.

Quantitas veſicatorii pro ægri, & partis cui apponitur magnitudine præſcribitur.

Veſicatorium ex ſolo emplaſtro veſicante pro pueris, vel quando non eſt opus forti.

℞. Maſſæ emplaſt. veſicantis ʒ ij. vel iij. malaxa cum aceto acri, & fiat veſicatorium.

Vel.

Ex emplaſtro veſicante,& cantharidum pulvere; quando fortius deſideratur.

℞.Maſſæ emplaſt.veſic.ʒ.iij.pulver. canthar. præpar.gr.iv. cum aceto acri vel aqua vitæ fiat veſicatorium, admovendum colli vertebris.

Vel

℞. Maſſæ empl. de gumm. ʒ. iij. pulv. canthar.℈.ß.cum aceto forti fiat veſicatorium.

Ex fermento & cantharidibus.

℞. Cantharidum præpar. ʒ. j. fermenti acris aceto acerrimo emolliti,q.ſ.fiat veſicatorium admovendum colli vertebris.

In apoplexia,& cæteris ſoporoſis affectibus,pro partibus poſticis aurium.

℞.Maſſæ empl.veſicantis ℥.ß. canthar.præpar. ℈.j. cum aceto acri fiant duo emplaſtra ad formam ſemilunæ, admovenda parti aurium poſticæ.

Veſicatorium parti admotum tamdiu relinqui debet,quamdiu opus eſt, ut plures veſicæ excitentur. Quod fit aliquando intra horam, aliquando non operatur niſi intra tres, quatuor, aut ſex horas.

Sublato veſicatorio bullæ tunc aperiendæ, & folia betæ alterâ quâque horâ, præſertim æſtate, admovenda. Si ſuperveniat inflammatio, inungendæ partes inflammatæ unguento roſato & albo Rhaſis lotis in aqua plantag. ſi gangræna, ſcarificationibus & ablutionibus & cum aqua vitæ, tum & cataplaſmate ſuprà dicto utendum.

Non eſt adhibendum veſicatorium niſi præmiſſa fuerint univerſalia. In apoplexia. ſtatim poſt purgationem, aut venæ ſectionem.

CAPUT ULTIMUM.

De Dropace.

DRopax eſt emplaſtrum ex pice confectum, fit quoque interdum inſtar malagmatis.

Modus faciendi hic eſt, liqua picem, adde parum olei, cui ſi ita expedit immiſceri poſſunt piper, euphorbium, caſtoreum, ſulphur, cinis ſarmentorum, ſalpetræ, &c.

Admovetur calefactus deraſis ca-

pillis, & avellitur priùſquam refrigeſcat, iterumque calefit & applicatur donec pars rubeſcat.

Uſus eſt

1. Ad humores ex alto educendos & diſcutiendos.

℞. Picis naval. vel burgund. ℥. i. ß. pyreth. &c. ſemin. naſturt. an. ʒ. ij. olei comm. ʒ. iij. liquentur, extende ſupra alutam & fiat dropax cuti deraſæ admovendus, & antequam frigeſcat detrahendus, idque tamdiu agendum, donec pars leviter intumeſcat.

2. Ad corrigendam intemperiem frigidam, utque calor revocetur in partem refrigeratam.

℞. Picis reſinæ, gummi ammoniac. aquâ vitæ ſoluti, an. ℥. i. pip. & ſulphur. vivi, an. ʒ. i. olei petrol. ℥. ſs. fiat dropax.

3. Ad maciem brachii, vel cruris corrigendam.

℞. Picis naval. ℥. iv. olei ʒ. vj. liqua & fiat dropax.

Interdum vices veſicatorii ſupplet pix burgundica, extenſa ſuper alutam, & colli vertebris vel interſcapulio admovetur. Allicit ſeroſos humores à capite, & à partibus intimis.

PARS II.

De Evacuantibus.

CAuſa morbi peccans quantitate indicat evacuantia: ſanguis venæ ſectionem, excrementum purgationem inſinuat; quæ vel eſt univerſalis, vel particularis.

Vniverſalis eſt, quæ validè unam corporis regionem, cæteras verò conſecutione quadam evacuat: quæ vel fit per ſeceſſum & cathartica; vel per vomitum, & vomitoria; vel per ſudores, & diaphoretica dicitur.

Particularis reſpicit determinatam partem. Cerebrum expurgatur per nares, quod præſtant errhina, ſternutatoria. Pulmo & thorax per bechica. Ventriculus per vomitorium. Gibba hepatis pars per diuretica: pars cava hepatis & inteſtina per purgantia: uterus per injectiones & peſſaria.

SECTIO I.

De Evacuantibus univerſalibus, & primò de purgantibus per ſeceſſum.

PURGATIO, prout hîc ſumitur eſt evacuatio quæ vi cathartici per inferiora abſolvitur. Debetur humoribus excrementitiis ſeu copia, ſeu vitio ſubſtantiæ, naturæ infenſis.

Remedia hanc evacuationem promoventia dicuntur cathartica, quæ dividuntur 1. ratione modi & vis operandi, 2. ratione humoris expurgandi.

Ratione modi & vis operandi, alia ſunt benigna, quæ clementer expurgant primam corporis regionem; ſub quibus continentur emollientia, detergentia, abluentia, comprimentia. Alia ſunt cathartica, ab antiquis vocata electiva, eradicativa, quæ validè humores non ſolum à primis, ſed & à cæteris regionibus eliciunt; ex quibus

purgatio triplici modo ſe habet, vel enim eſt plena, vel minorativa, aut per epicraſin.

Ratione humoris purgandi, alia ſunt cholagoga quæ bili, phlemagoga quæ pituitæ, melanagoga quæ melancholiæ, hydragoga quæ ſero, mixta quæ pluribus ſimul expurgandis humoribus conveniunt.

Quâ vi purgantia ſuam operationem abſolvant, à tot ſeculis vix adhuc innotuit. Dum alius favet malignæ qualitati ſuccos in vaſis corrumpenti, corruptoſque educenti, quod Galen. exſibilat, alius vi antipathicæ rem defert, magno quidem ignorantiæ vocabulo. Alius vi magneticæ ſimili, formæ Arabum cæleſti, irritationi, tandem etiam ſimilitudini ſubſtantiæ, quâ electiva illa Hippocr. & Gal. & tot ſubinde ſuffragantium cenſu celebratur attractio. Sed quid hic magnes? qui genium trahendi exuit dum poros ſuos igne, ſpiritu acido, aut alio perfrictus, ampliores, aut contorſione ad directam ἐπιῤῥοὴν ineptos obtinuit? quid formæ commentum?

quid ſola inſufficiens irritatio, aut ſimilitudo illa, quæ nec in craſi, nec in ſubſtantiæ modo purgantium & purgandorum reperitur,? Rhabarbarum, helleborus &c. parte ſuâ tenui volatili à plurimis fæcibus ſolutâ evocant ſerum, bilem, cæteraſque promiſcuè pituitæ & melancholicæ, quiſquilias, licèt craſſas & viſcidas.

Cenſemus nos operationem purgantium perfici irritatione à pharmaco, expulſione à natura, fermentatione ab humoribus.

Pharmacum tenuitate partium penetrat, exagitat, fundit; acredine & moleſto morſu, vaſa & meatus aperit; nidore fœdo & ingrato ita partes afficit, ut quantum poſſint declinent, & commotos humores unà cùm irritante pharmaco propulſent.

Natura expellit, vi quæ dicitur expultrix, quæ nihil aliud eſt quàm fibrarũ facultas motiva ob irritamentum. Quæ quomodo ſentiat irritationem non ſatis clarum eſt: ſentire enim pertinet ad ſenſum animalem. Oportet tamen conſtituere, perceptionem naturalem diſtinctã ab animali; cùm

enim fibræ non ſemper ſint in motu, ſed aliquando quieſcant, oportet ut ſit aliquid, quod eas ad motũ determinet. Hoc autem ab ipſis percipi neceſſe eſt; quomodo enim irritari poſſint ad motum, ſi irritamentum non percipiunt. Scio à pluribus rem explicari exemplo mechanico, quo patet, fibras membranarum, & muſculorum in animalibus defunctis, ipſumque embryonem, cùm nullus adhuc eſt ſenſus animalis, à liquoribus acribus, cæteriſque pungentibus, ſine ullo ſenſu, ſeſe contrahere. Non idem tamen eſt motus naturalis, quia ille ſolâ contractione conſtat, ab acidis adſtringentibus, & frigore condenſante, tum & contractarum partium relaxatione: hic verò contractione & impulſu, quo à ſe partes extrudunt quod exſtimulat. Fuſiùs in rem iſtam inquirere iſtius loci non eſt.

Accedit ad pharmaci & naturæ motum humorum fermentatio, dum enim partes heterogeneæ pharmaci & humorum ſimul coëunt, fit fervor & pugna, quam ſequitur ſeparatio, præcipitatio, vaſorum apertio, & partibus

ob irritamentum ad expulſionem extumentibus, foràs excluſio.

Materia remediorum purgationi conveniens ſub variis formis præſcribitur, quales ſunt ſuppoſitorium, clyſter, potio, bolus, pulvis, pilulæ.

CAPUT I.

De Suppoſitorio.

Suppoſitorium eſt remedium, quod formâ ſolidâ, terete, & oblongâ paratum in anum mittitur. Apud antiquos glandis majoris ſimilitudinem referebat, unde balanus ceu glans dicitur.

Duplex eſt ſimplex; & compoſitum.

Simplex fit ex radice vel caudice betæ, braſſicæ, porri, candela cerea oleo inuncta, ſapone albo, melle ſolo ad duritiem cocto. Quorum omnium uſus eſt.

Præſertim pro infantibus & adultis, quibus ſufficit vel ſimplex ſuppoſitorium.

Compoſitum fit ex melle, ſale

gemmeo, communi, trochiſc. alhandal. diagridio, ſale ammoniaco, nitro, &c.

Uſus eſt, 1. ut expultrix pigra ſtimuletur ad officium. 2. ad revocandos clyſteres diu retentos. 3. cùm de viribus timemus, & quando parcimus pudori. 4. ad ſoporoſos affectus, in quibus alvus perpetuò irritanda.

Simplex ſuppoſitorium fit ex melle deſpumato & cocto, ut artis eſt, addendo (ſi ita videtur) ſalis parum.

Compoſitum ſic paratur.

℞. Mellis deſpumati ℥.ij. ſalis gemmei ʒ. j. ß. coque, fiant ſuppoſitoria.

Fortius eſt ſequens pro morbis ſoporoſis.

℞. Hieræ picræ, ſalis gemmei an. ʒ. ß. diagrid. gr. iv. mellis q. ſ. fiant ſuppoſitoria.

Vel

℞. Trochiſc. alhand. & diagr. an. ℈. ß. ſalis gemmei ʒ. ß. cum melle deſpumato fiant ſuppoſitoria.

Abſtinendum ab acribus, & vel modicè irritantibus in dolore, vel fluxu hæmorrhoidum, & in omni podicis

ardore: quo tempore potiùs utendum lenientibus, & conſopientibus dolorem, addito ſi opus videatur opio. ut

℞. Mucilag. ſemin. pſyll. & cydon. extractæ in aquæ roſ. ℥. ii. ung. popul. ℥. ß. vitellum ovi: miſce, & excipe bombace, immittatur in anum.

Prodeſt ani dolori excitato ab inflammatione, vel ab acrium affluxu, ut in dolore hæmorrhoidum. Addi poteſt opium ad ʒ. ß. crocus ad gr. iv. ſi doloris adſit vehementia.

Ad laxatum ſphincterem conſtringendum.

℞. Maſtich. ʒ. ij. ſang. drac. boli arm. pul. roſ. rubr. an. ʒ. ß. mucilag. cydon. extract. in aqua plantag. q. ſ. fiat forma unguenti; quo linteum molle & rarum concinnatum in balani figuram in anum inſeratur.

Ad ulcus tergendum, prodeſt mel roſaceum bombace exceptum.

Ad ſiccandum & conſolidandum.

℞. Pul. thuris, maſtich. roſ. an ʒ. ij. ſucci plantag. & ovi album q. ſ. fiat unguentum.

CAPUT II.

De Clyſteribus.

CLyſter eſt liquor quilibet qui per ſyringam ſeu clyſterium, in inteſtina per anum effunditur.

Componitur ex multis ſecundum diverſas intentiones, decoctis, aquis, ſuccis, oleis, liquatâ pinguedine, lacte, ſero lactis, juſculis, &c. diſſolvuntur, quæ ſcopo ſatisfaciunt, & non impediunt fluiditatem.

Quantitas liquoris, & eorum quæ diſſolvuntur, diverſa eſt, pro ætate, mole corporis, & naturâ affectûs. Pro infantibus, ad ℔. ß. pro pueris ad ℥. x. adultioribus ad ℔. j. vel ℔ j. ß. nec ultrà, quantitas liquoris præſcribitur. Minor eſſe debet, veſica, utero, inteſtinis, aut renibus affectis; ne hujuſmodi partes nimis comprimantur; ideóque non ultra ℔. i. liquoris adhibemus. Diſſolvuntur pari ratione opiatæ, mel, olea, &c. nec ultra ℥. iv. aut vi præſcribi debent. Clyſteres debent injici tepidi.

Tempus opportunum eſt quælibet hora, dum urget dolor, aut ſuffocatio; alioquin eligenda hora commoda præſertim matutina; quo tempore natura ſpontè movere conſuevit. Si poſt paſtum; tribus aut quatuor horis à cibo, ne coctio interpellatur. Si poſt juſculum, unâ aut alterâ horâ. In debilibus præmittendum aliquid cibi. In febribus intermittentibus aut exacerbationibus, intermiſſionis vel remiſſionis tempore, aut declinante paroxyſmo, nuſquam verò circa paroxyſmi initium; hunc enim præmaturè citat humoribus exagitatis.

Clyſter eſt ſimplex, ſi uni ſatiſfacit intentioni; compoſitus ſi pluribus.

Simplex vel eſt purgans, vel alterans, vel roborans. Compoſitus, vel ſimul alterans & purgans, vel alterans, vel roborans, &c.

Uſus plurimi ſunt.

1. Ad emolliendum & humectandum, dum fæces ſunt duræ, in his qui habent alvum adſtrictum.

℞. Malvæ utriuſque, violar. pariet. mercurial. betæ, an. M. j. ficuum pingu.

pingu. paria vj. furfur. macri M. ß. ſemin. lini & fœniculi, an. ℥. ß. vel æſtate 4. ſemin. frigid. maj. an. ʒ. ii. flor. violar. p. ij. fiat decoct. colaturæ ad ℔. j. vel ℔. j. ß. diſſolve mellis violati & olei lilior. an. ℥. ij. ſalis. ʒ. ß. fiat clyſter injiciatur hora &c.

2. Ad refrigerandum & humectandum, quo ſæpe utimur in febribus continuis ardentibus, colliquantibus, æſtu vel inflammatione inteſtinorum, viſcerum, poſtquam ſæpius clyſteribus refrigerantibus & purgantibus excrementa excluſimus.

℞. Fol. malv. viol. lact. cich. ſcariol. bugloſſ. utriuſque, an. M. j. 4. ſem. frig. maj. an. ʒ. iij. prunorum par. iv. hordei integ. flor. viol. nymph. an p. j. fiat decoct. in aqua fontis, vel in oxycrato: colat. ad ℔. j. ſola injiciatur, vel ſi etiam laxandi opus ſit, diſſolve caſſiæ ℥. j. ß. mellis violati ℥. j. ſalis prunel. ʒ. j. fiat clyſter, &c.

Oleum & oleoſa non ſunt addenda, quia facilè inflammantur, quod eſt notandum pro aliis clyſteribus, quando uſurpantur in febribus, aut intemperie viſcerum, & inteſtinorum calida.

℞. Seri lactis caprill. ℔. j. mellis violat. & ſacch. rubri an. ℥. j. fiat clyſter.

In hyſtericis à cauſa calida, præmiſſis clyſteribus purgantibus, injicitur ℔. j. oxycrati.

3. Ad refrigerandum, emolliendum & purgandum, in conſtipationibus alvi, febribus, &c.

℞. Radic. & fol. alth. malv. viol. pariet. cich. lactuc. an. M. j. furfuris macri M. *ſs.* ſemin. 4. frig. maj. an. ʒ. ij. citra febrem ſemin. fœnic. ℥. *ſs.* hordei integ. & flor. viol. an. p. j. fiat decoct. Colat. ad ℔. j. *ſs.* diſſolve cathol. opt. ℥. j. mellis mercur. vel violac. ℥. ij. fiat clyſter. injiciendus horâ, &c.

In his qui difficilè purgantur, diſſolve catholici & diapruni ſimplicis, vel caſſiæ cum ſaccharo, an. ʒ. vi.

In mulieribus obnoxiis hyſtericæ paſſioni detrahe mel, & omnia dulcia; diſſolve catholici & diapruni ſimplicis, an. ʒ. vj. vel cathol. ℥. j. *ſs.*.

Quando validiùs irritanda eſt expultrix, diſſolve cathol. & hieræ Gal. ſimpl. an. ʒ. vj. vel ℥. *ſs.* mellis mercur. ℥. j. ß.

[Aliquando decocto incoquimus ſennæ ʒ. iij. vel ℥. ß. præſcribitur poſt herbas, & ſemina. Cavendum tamen ne æſtuent hypochondria , aut inſit inflammatio, quo tempore etiam calidioribus opiatis abſtinendum.

Non rarò etiam extra febrem, vel in febribus pituitoſis, utimur opiatis calidioribus , diſſolvendo catholici & diaphœnic. vel diaprun. ſolut. an. ʒ. vj.

Non eſt utendum oleis , quia ſuo lentore purgantium vim obtundunt.

Pro dilicatis acuto ſenſu tactûs prædictis , quibus tormina excitant clyſteres acriuſculi ; & iis qui ad alvi fluxum proclives ſunt , acria omnia pro his ſunt detrahenda, & parandus clyſter leniens, detergens, & modicè purgans, ut.

℞. Fol. alth. malv. viol. cich. lact. an. M. j. furfuris macri M. ß. hordei integ. & flor. viol. nymph an. p j. fiat decoct. Colat. ad ℔. j. diſſol. cathol. pro ore ℥. ß. vel ʒ. vj. mellis roſat. ℥. j. ß. fiat clyſter injiciendus ; &c.

4. In ſoporoſis affectibus , ad irritandam vim ſopitam , & revulſionem moliendam.

℞. Seri lactis caprill. ℔. j. mellis violat. & ſacch. rubri an. ℥. j. fiat clyſter.

In hyſtericis à cauſa calida, præmiſſis clyſteribus purgantibus, injicitur ℔. j. oxycrati.

3. Ad refrigerandum, emolliendum & purgandum, in conſtipationibus alvi, febribus, &c.

℞. Radic. & fol. alth. malv. viol. pariet. cich. lactuc. an. M. j. furfur. macri M. ſs. ſemin. 4. frig. maj. a. ʒ. ij. citra febrem ſemin. fœnic. ℥. hordei integ. & flor. viol. an. p. j. fi decoct. Colat. ad ℔. j. ſs. diſſolve c thol. opt. ℥. j. mellis mercur. vel v lac. ℥. ij. fiat clyſter. injicien horâ, &c.

In his qui difficilè purgantur, ſolve catholici & diapruni ſimp vel caſſiæ cum ſaccharo, an. ʒ

In mulieribus obnoxiis [illegible] trahe mel, & omni [illegible] lici & diapru [illegible] athol. ʒ [illegible] ritan

[illegible] yſteris
[illegible] emeti-
[illegible]
[illegible] bilioſa,
[illegible] refrige-
[illegible] ripto; vel
[illegible] o, lacte ;
[illegible] ectis cly-
[illegible] rigeranti-
[illegible] bus inci-
[illegible] evacuen-
[illegible]
[illegible] iolar. pa-
[illegible] acri M.ß.
[illegible] purg. par.
[illegible] chamom.
[illegible] . ad. j. diſ-
[illegible] ʒ. vj. mellis
[illegible], fiat clyſter.
[illegible]
[illegible] r. an. ℥. i. fol.
[illegible] l. branchæ
[illegible] ſem. lini &
[illegible] n ping. paria
[illegible] an. p. i. fiat decoct.
[illegible] olve cath. & diaph.
[illegible] ol. & olei lilior. an.
L ʒ

℞. Fol. alth. mercur. betæ, pariet. hyſſ. calament. ſalvi. an. M. j. ſem. fœnic. & ameos an. ℥. ß. fol. ſennæ ℥.j. flor.chamomil. melil.an. p. j. fiat decoct. Colat. ad ℔.j. diſſolve cathol. & diaphœn. an.℥.j. mellis mercurialis ℥.iij. fiat clyſter.

Loco ſennæ incoqui poſſunt agaricus & pulpa colocynth. an. ad ʒ.ij.

Olea non diſſolvuntur, quia ut dictum eſt, purgantium vim ſuo lentore infringunt; nec iis unquam utendum, niſi dum emollire, aut lenire intendidimus.

Poſtquam hujuſmodi clyſter ſemel injectus eſt, in ℔.j.decocti præſcripti enematis diſſolvimus vini emetici turbidi ℥.iv. diaphœnici ℥. j.

5. Ad flatus diſcutiendos in colicis doloribus, cæteriſque affectibus à cauſa frigida.

℞. Rad. alth. malv. calament. hyſſ. origan. ſalv. an. M. j. ſem. fœnic. lini aniſ. an. ʒ. iij. ficuum ping. paria vj. flor. chamom. melil. an. p. j. fiat decoct. Colat. ad ℔. j diſſolve diaphœn. vel benedictæ laxativæ ℥. j. ß. mellis mercurialis ℥. ij. fiat clyſter.

Vel

℞. Decocti præſcripti clyſteris ℔.iv.hieræ picræ Gal. ℥.j.vini emetici turbidi ℥.ij. fiat clyſter.

In cauſa calida & colica bilioſa, utendum enemate leniente, refrigerante,detergente ſuprà præſcripto;vel decocto omaſorum, oxycrato, lacte; priùs tamen præmiſſis, & rejectis clyſteribus emollientibus, refrigerantibus, & purgantibus; à quibus incipiendum,ut fæces primùm evacuentur, & partes laxentur.

℞. Alth. totius malv. violar. pariet. lact. an. M. j. furfur.macri M.ß. liquirit. contuſ. ℥. ß.paſſul. purg. par. vj hordei integ. & florum chamom. an. p. j. fiat decoct. Colat. ad. j. diſſolve cath. & caſſiæ an. ʒ. vj. mellis roſat. . ℥j. ß. vitell. ovi, fiat clyſter.

In dolore nephritico.

℞. Rad. alth.& lilior.an. ℥. i. fol. alth. malvæ, pariet.viol. branchæ urſin.agrimon.an. M.i. ſem. lini & fœnug. an. ℥. i. ficuum ping. paria vj. flor chamom.melil.an.p.i.fiat decoct. Colat.ad ℔.i. diſſolve cath.& diaph. an. ℥. i. mellis viol. & olei lilior. an.

℥. i. *ſs.* fiat clyſter. Si febris adſit, aut conſtitutio gracilis bilioſa, & in quavis conſtitutione à cauſa calida, loco diaphœnic. diſſolve caſſiam cum ſaccharo, lenitivum, vel diaprunum ſimplex.

In ſequentibus clyſteribus diſſolve catholici ℥. j. terebinth. vitello ovi diſſolutæ, & olei ſcorpion. ſimpl. an. ℥. j. aliquando etiam vinum emeticum turbid. ad. ℥. iv. cum cathol. ℥. j.

In paſſionibus hyſtericis.

In cauſa frigida.

℞. Radic. & fol. alth. malv. pariet. mercur. artem. matric. an. M. j. ſem. aniſ. rutæ, ana ℥. *ſs.* flor. chamom. melil. an. p. j. fiat decoct. Colat. ad ℔. i. diſſol. cathol. & benedict. laxat. vel diaphœn. an. ℥. i. olei rutacei ℥. i. *ſs.* caſtor. gr. iiij. fiat clyſter.

In cauſa calida.

℞. Radic. & fol. alth. viol. pariet. ſemperv. lact. an. M. i. artem. M. *ſs.* furfuris macri & flor. chamom. an. M. i. fiat decoctio in oxycrato: Colatur. ad ℔. i. diſſolve cathol. & diapruni ſimplicis an. ℥. i. fiat clyſter.

Cavendum à melle, lacte, & om-

nibus dulcibus, ad quæ uterus magis commovetur.

7. Contra vermes, cum vel ſine febre in pueris, clyſteres parandi lenientes, purgantes, & lumbricos elicientes.

♃. Fol. malv. viol. an. M. *ſs*. liquir. contuſ. ℥. *ſs*. ficuum ping. par. iv. paſſul. purg. ℥. i. hord. integ. p. i. fiat decoct. Colat. ad ℔. *ſs*. vel ℥. x. pro ætate, diſſolve cathol. ʒ. ii. vel iii. mellis roſati ℥. *ſs*. vitellum ovi, fiat clyſter.

Expurgatis excrementis, quantum ſatis videbitur, utendum clyſteribus ex lacte, quo abſtinendum cùm febris eſt à putrida illuvie verminoſa; aut inſtant motus epileptici, quia lac corrumpitur, & vapores acres caput feriunt.

♃. Lactis caprill. ℔. *ſs*. diſſolve mellis roſ. ʒ. vi. vitellum ovi, fiat clyſter.

Pro adultioribus diſſolve cath. ℥. ij. vel ℥. iij. mellis roſ. ℥. i.

Si adſit alvi fluxus, & febris:

♃. Hordei integ. p. i. liquirit. ʒ. ii. paſſul. purg. ℥. i. roſar. rubr. p. i. fiat decoct. Colat. ad ℔. *ſs*. diſſolv. ſacch. & mellis roſat. an. ʒ. vi. vitell. ovi. fiat clyſter.

Vel

℞. Lactis caprill. ℔. ſs. roſar. rubr. M. ſs. fiat decoct. Colat. ad ℔. ſs. diſſolv. mellis & ſacch. roſ. an. ℥. ſs. vitell. ovi, fiat clyſter.

8. Ad detergendum, & leniendam humorum acrimoniam, in diarrhœa bilioſa, dyſenteria, cholera.

℞. Hord. integ. p. furfur. macr. M. ſs. liquirit. & paſſul. an. ℥. ſs. 4. ſem. frig. mag. an. ʒ. ij. roſar. rubr. p. j. fiat decoct. in aqua fontis, vel ſero lactis. Colat. ad ℥. x. diſſolv. mellis roſ. ℥. i. ſs. vel mellis roſ. & ſacchar. rubr. an. ℥. j. vitell. ovi, fiat clyſter.

Vel

℞. Lactis caprill. ℥. x. mellis roſ. & ſacchar. rubr. an. ℥. i. vitell. ovi, fiat clyſter.

Quando ob febrem timetur corruptio lactis, & major refrigerandi, & detergendi adeſt intentio.

℞. Seri lactis caprill. ℥. x. vel ℔. j. diſſolv. ſacchar. rubr. & ſucci plantag. an. ℥. j. vitell. ovi, fiat clyſter.

Vel

℞. Emulſ. amygd. dulc. & 4. ſem. frig. maj. extract. in aqua hord. ℔. ſs.

vel ℥ x. diſſolv. mellis roſ. ℥. j. vitell. ovi, fiat clyſter.

Ad magis retundendam bilis acrimoniam, dyſſolvi poſſunt ℥.ii. mucilag. ſemin. cydon. & pſyllii, extractæ in aqua roſar.

Cùm fluxus perſeverat,& inteſtinorum tonus laxatur,vel in hæmorrhoidum & menſtruorum profluvio,ſimul refrigerandum, detergendum,leniendum, & leviter adſtringendum, quos ſcopos implet ſequens clyſter.

℞.Fol.lact. plantag. portul. burſæ paſt. an. M. j. hordei integ. & furfur. macri, an. p. i. liquirit. & paſſul. an. ℥. ß. roſar. rubr. p. i. fiat decoct. in aqua fontis, vel in decocto capitis & inteſtinorum vervecis,vel in lacte chalybeato. Colaturæ ad ℥. x. diſſolve mellis roſ. & ſyrup. de roſis ſiccis, an.℥.i.vitellum ovi, fiat clyſter.

Quando vis retentrix ita debilis eſt, ut tota quantitas liquoris retineri non poſſit, idem clyſter debet dari per vices,quartâ quâque horâ, quod etiam præſtandum quãdo humor eſt inſigniter acris,aut ulcus multùm ſordidum.

Aliquando multæ indicationes ſimul

L

perſolvendæ ſunt, ſcilicet refrigerandi, evacuandi, detergendi,& adſtringendi, ut in diarrhœâ, dyſenteria, fluxu hæmorrhoidum & menſtruorum, quando ſimul excrementa in inteſtinis copiâ & qualitate peccant.

℞. Folior. cichor. malv. viol. plantag. burſæ paſt. centinod. an. M.i. liquir. raſæ ℥.ß. paſſul. paria vi. hordei integ. & roſ. rubr. an. p.i. fiat decoct. Colat. ad ℔.i. diſſolve cathol. pro ore ℥. ß. mellis roſ. ℥. i. vitell. ovi, fiat clyſter.

9. Ad adſtringendum in alvi fluxu, dyſenteria, menſtruorum profluvio, quando humores ſufficienter evacuati, & deterſi ſunt.

℞. Radic. conſol. maj. ℥.i. fol. plantag. verbaſc. equiſeti, herniar. centinod. an. M.j. ſem. plantag. portul. an. ʒ.iij. balauſt. & roſ. rubr. an. p.i. fiat decoct. in aqua chalybeat. vel in aqua & lacte chalybeatis. Colaturæ ad ℥.x. diſſolve mellis & ſacchari roſ. an. ʒ.vj. vitellum ovi, fiat clyſter.

Diſſolvi poſſunt ſecundùm varias intentiones ſyrupus de roſis ſiccis, & ſuccus plantag. an. ad ℥.i.

Mucilago ſemin. cydon. & pſyllii extracta in aqua roſar. ad ℥.ij.

Conſerva roſar. in aqua plantag. diſſoluta, ad ℥.ß. vel i.

Sevum hircinum diſſolutum in ſucco plantag. ad ℥.i. quando obducendum eſt ulcus.

Interdum diſſolvuntur pulveres amyli, gummi arabici, maſtich. boli arm. ad ʒ.ij. ad eundem finem.

Non rarò accidit, ut ratione doloris, vel debilis redditæ retentricis, clyſteres prædicti non poſſint diu retineri; ideò decoctum pro duplici injectione dividendum eſt, ut quod morâ breviori perfici non potuit, iteratis vicibus obtineatur.

10. Ad nutriendum & roborandum.

Uſus eſt 1. quando reſolvitur ventriculi robur, 2. quando æger cibum non poteſt ſumere, aut retinere, 3. quādo vires exolutæ roborandæ ſunt.

℞. Iuſculi ex carnibus parati ℔. ß. vel ℥.viij. ſacchari ℥.i.ß. vitellum ovi, fiat clyſter.

Vel

℞. Lactis ℔.ß. ſacchari roſati ℥.ij. vitellum ovi, fiat clyſter.

Si febris adſit, incoquantur herbæ refrigerantes cum juſculo, ex quo, prædicto modo, fiat clyſter.

Pariter parari poteſt ex hordeato, amygdalato, lacte & melle; ex cremore hordei, jure pulli, &c.

In eorum uſu priùs debet alvus expurgari à fæcibus, & ab omni illuvie excrementoſa, ne eorum mixturâ inficiantur.

Obſervari debet tempus commodum, quo injiciantur. Apta eſt hora prandii, aut cœnæ, aut dormituriente ægro, ut meliùs retineantur, & ob id datur clyſter in parva copia, ſed ſæpius in die.

CAPUT III.

De Potione.

Potio purgans eſt medicamentum formâ liquidum, compoſitum ex variorum purgantium decocto, infuſione, vel diſſolutione, iiſque vel ſolis, vel conjunctis.

Magis convenit purgatio in forma

potionis quàm in ulla alia in morbis calidis,obſtructionibus,& ubi promptâ operatione opus eſt;quia minùs calefacit, citò penetrat, & purgat.

In hac & omni aliâ purgationis formâ, præparandum corpus apertione viarum:præmittenda quoque humorum præparatio; ad quæ inſerviunt clyſteres,& alterantia; ſi qui ſint dolores, priùs tollendi: ſi corpus & humores æſtuent, priùs venæ ſectione, fomentis, juſculis temperandi,& clyſteribus aliquatenùs evacuandi.

Sumpto medicamento levis ſomnus permittitur, iis qui debili ſunt ventriculo,aut ad vomitum proni:non dormiendum cùm incipit tempus operationis,nempe poſt duas horas: corpus quieti tradendum,ne agitatione incaleſcat. Poſt tres horas juſculum ſemicoctum exhibendum, ne pharmacum benignum cedat in alimentum, aut vehemens nimiùm calefaciat, & purgando vires exhauriat.

Paratur potio purgans decoctione, infuſione,diſſolutione;iiſque vel ſolis, ut dictum eſt, vel conjunctis.

Decoctum fit cùm folia ſennæ ad

ʒ.iij. vel ℥.ß. tamarindi, aut polypodium quercinum ad ℥.ß. coquuntur in decocto refrigerante, vel pectorali, vel ſero lactis, cum correctivo ſennæ aniſo vel coriandro præparato, ad ʒ.ß.

Infuſum paratur, quando ſenna, rhabarbarum, agaricus cum correctivis ſimul vel ſeorſim infunduntur in aliquo liquore. Infuſio æſtate fit frigidè aut tepidè, hyeme calidè.

Liquor in quo fit infuſio, vel eſt aqua ſimplex, vel decoctum, juſculum refrigerans, vel aquæ ſtillatitiæ.

Nota, melius eſſe, ſi in aqua fontis vel ſtillatitia fiat infuſio, quàm in decocto, ex plurimis; quia liquor eorum, quæ incoquuntur expreſſa tenui ſubſtantiâ imprægnatur, deinde ſimpliciũ purgantium ſuſcipiendæ virtuti in tenui ſubſtantiâ ſitæ non ſufficit. Additur ſæpe ſuccus limonum recenter expreſſus, ſal prunellæ, cremor tartari, quando vis purgãtium calida eſt temperanda, & tinctura validiùs eliciẽda: acida enim omnia ad tincturam ſimplicis purgantis eliciendam apta ſunt.

Quantitas liquoris eſt, quæ ſufficiat ad ℥.vi. vel viij. pro ſingula doſi

Purgatio ſæpius inſtituitur ex decocto & diſſolutione; vel ex infuſione,& diſſolutione; vel ex decocto,infuſione,& diſſolutione:quorum exempla in ſubſequentibus tradetur ſecundùm differentias ſuprà deſumptas ratione humorum, juxta quos, alia eſt potio cholagoga quæ bili, phlegmagoga quæ pituitæ, melanagoga quæ melancholiæ, hydragoga quæ ſero, panchymagoga quæ omnibus humoribus convenit. Quælibet ex his adimpletur iis remediis, quæ ex benignè, vel vehementiùs purgantium catalogo deſumuntur.

Nota, rarum eſſe,unum ſolum humorem peccare, vel medicamentum unum ſolùm humorem educere,ideóque quando traditur exemplum v. g. ſimplicis cholagogi,hoc præcipuè deſtinatur quando peccat bilis in majori copià,cæteri humores minùs aut modicè,& quos ob fluiditaté huic medicamento facilè ceſſuros cognoſcimus. Idem dicimus de phlegmagogis & melanagogis,quæ craſſiores humores expurgando,tenuiores etiam eliciũnt.

Si quis improbet decocta,cæteráque

pro menſtruo purgantium, hoc ſenſu, quòd hæc & alia quæ immiſcentur, poros aquæ exſaturant, ineptamque reddunt, quæ poſtmodum vim purgantium eliciat: Videat ille num talibus opus ſit ad temperandum partium, humorum, & medicamenti calorem & ſiccitatem. Numquid aliquando in cauſa frigida vel calida agendum pharmaco purgante ſimul & alterante; præterea numquid poteſt aqua uno ſale ad nauſeam ſaturata, deinde alio atque alio diverſæ naturæ impraegnari, ut conſtat experimento ſalis communis, nitri, aluminis, armoniaci. Quidam fingunt poros in aqua diverſæ figuræ, in quibus particulæ ſalium diverſæ naturæ recipiantur; quos tamen fictitios eſſe probat 1. Aqua ipſa, corpus nempe ſibi continuum fluidum, in quo nihil impedit, quin una pars alteri immediatè uniatur. 2. ſi tales pori in aqua ex ſua natura ſint, ſúntne vacui? neutiquam; at ſi pleni ſint, numquid igne, aëre, terrâ; hæc deſcenderet, ille aſcenderet. Si verò ob aquæ denſitatem irretiantur, non inerunt aquæ pori ex ſua natura,

ſed per diviſionem particularum ipſius ab immixtis particulis inductam.

Expreſſæ igitur infuſione, decocto, aut diſſolutione tenues ſubſtantiæ diffindunt aquam, & quandoque tantâ copiâ, ut ſuſtineri non poſſint à mole ipſius, ideóque fundum ex parte petunt, quod in potione purgante, emulſione, muſto, cereviſia, ſuccóque limonum, & herbarum videre eſt; craſſiores enim partes à tenuioribus fermentatione ſejunctæ præcipitantur.

De Potione Cholagoga.

Sequens potio bilem clementer expurgat; convenit in omni repletione bilioſa, tertianis, intermittentibus, continuis, &c.

℞. Sennæ mund. ℥. ii. ſemin. aniſ. ʒ. *ſs*. pulpæ caſſiæ recent. extract. ʒ. vi. vel ℥. i. ſalis tartari ʒ. *ſs*. in fund. & leviter bulliant in aqua cichor. vel in decocto refrig. q. ſ. Expreſſ. diſſol. mannæ ℥. i. ʒ. x. vel ℥. i. *ſs*. ſyrup. flor. perſic. ℥. i. fiat potio, ſumenda manè cum regimine vitæ, & aëris, tribus horis ante juſculum.

Vel

℞. Tamarind. ℥. ß. fol. cichor. cum toto M. i. fiat decoct. Colatur. infund. ſennæ mund. cum aniſo ʒ. ii. rhabarbari cum ſantalo ʒ. i. Expreſſioni diſſolve mannæ ℥. i. ß. ſyrupi roſ. ſolut. compoſiti ℥. i. fiat potio.

Vel

℞. Fol. cichor. acetoſ. capill. ven. an. M. i. tamarind. ℥. ß. hordei integ. & flor. violar. an. p. i. fiat decoct. Colat. infund. ſennæ mund. ʒ. iii. aniſ. ʒ. ß. ſalis prunell. ʒ. i. ſucci limon. recenter expreſſi ℥. i. Expreſſ. diſſolve mannæ ℥. i. ʒ. x. vel ℥. i. ß. ſyrupi roſ. ſolut. ℥. i. fiat potio.

Loco mannæ aliqui diſſolvunt caſſiam, diaprunum ſimplex, catholicum duplic. ad ʒ. vi. ſed hujuſmodi opiatas delicati abhorrent, quia ab earum diſſolutione fit potiùs ſorbitio quàm potus, convenientius eſt ſi infundantur.

In mulieribus obnoxiis paſſionibus hyſtericis, cavendum à dulcibus, ut infrà fuſiùs dicetur. Quando aquæ ſtagnant, & miſcentur cum bile in imo ventre, loco ſyrupi poni poteſt aqua novem infuſionum roſar. pallidar. ad ℥. i. vel ℥. i. ß. imò & ad aquas vali-

diùs eliciendas, dum abeſt febris, ſuperaddi poſſunt pul. radic. jalap. vel reſinæ ipſius gr.vi.vel ℈.*ſs.* præſertim in illo remedio, quod recipit caſſiam.

Æſtuantibus viſceribus, & æſtate, poteſt fieri infuſio in ſero lactis, modò ſit optimè depuratum.

Poteſt vehementiùs purgans bilem in tertianis intermittentibus nothis, in ictero, in febribus continuis poſt declinationem, ne ſuperveniat recidiva, in robuſtis, non gracilibus, quibus fervent viſcera.

℞. Sennæ mund. ʒ. iii. aniſi ʒ. *ſs.* caſſiæ recenter extractæ ʒ.vi. cremoris tartari ʒ.i. infunde in decocto cichor. q.ſ. Expreſſ. diſſol. diapruni ſolut.vel elect.de ſucco roſar.ʒ.iii. vel ℥.*ſs.*ſyrup. roſati ſolut. compoſ. ℥. i. fiat potio.

Vel

℞. Fol.cich agrim. acetoſ.an. M.i. tamarind.℥.*ſs.* flor. viol. p.i. fiat decoct. Colat infund.ſennæ mund.ʒ.iii. aniſ.ʒ.ß.rhabarb. cum ſantal. & ſalis prunell.an.ʒ.i. Expreſſ. diſſol.cathol. duplic.& elect. de citro, an. ʒ. iii. ſyrup. flor. perſic. ℥. i. fiat potio.

De potione Phlegmagoga.

Potio benignè purgans pituitoſos humores in prima corporis regione ſtabulantes, in omni repletione pituitoſa, febribus, & morbis aliis ab ipſa productis.

♃. Fol. agrim. capill. ven. beton. an. M. *ſs.* ſummit. abſynth. p. i. fiat decoct. Colat. q. ſ. infund. ſennæ cum aniſo ʒ. iii. rhabarbari cum ſantalo ʒ. i. expreſſioni diſſolve catholici duplicati ʒ. vi. ſyrupi roſat. ſolut. compoſiti ℥. i. fiat potio, &c. Superaddi poteſt in diſſolutione pulvis diacarth. ad ʒ. *ſs.* vel diſſolve catholici duplicati, & electuarii de citro, an. ʒ. iii.

Potio pituitam vehementiùs expurgans.

♃. Fol. agrim. capill. ven. pimpin. beton. an. M. i. ſummit. ſcord. p. i fiat decoct. Colat. infund. ſennæ mund. cum aniſo ʒ. iij. agaric. trochiſc. & radic. mechoac. an. ʒ. i. zinzib. ℈. i. Expreſſ. diſſol. elect. diacarth. vel diaphœn. ʒ. iij. vel ℥. *ſs.* ſyrup. roſati ſolut. compoſ. ℥. i. fiat potio, &c.

Loco diacarth. vel diaphœn. diſſolvi poſſunt diaphœn. & cathol. an. ʒ.iii.

In Apoplexia & cæteris ſoporoſis affectibus à cauſa frigida.

℞. Sennæ mund. cum aniſo ʒ. iii. agarici trochiſcati, & turbith. gummoſi, an. ʒ.i. cinnam. ℈.ß. infund. & leviter coque in aqua beton. expreſſ. diſſolve electuar. diacartham. ʒ.i. fiat potio.

De Potione Melanagoga.

Potio benignè purgans melancholiam in quartanis febribus, morbis hypocondriacis, & omni cacochymia melancholica.

Multiplex eſt melancholia; quæ producitur ab aduſta bile, cæteriſque humoribus per viam aduſtionis, purgatur potione ex ſenna, caſſia, manna, ſyrupo roſato, qualis eſt, quæ ſuprà deſcripta eſt in exemplo de bile beninè purganda, vel priſana laxante, ut infrà; vel ſennæ & caſſiæ infuſo in ſero lactis optimè depurato.

℞. Sennæ mundatæ ʒ. iii ſemin. coriand. præp. ʒ. ß. caſſiæ recenter

extractæ℥.i.ſalis prunellæ ʒ.i.infund. in ſero lactis optimè depurat. vel in aqua bugloſſi & cichor.expreſſ. ℥. vi. vel viii. capiat, &c.

A fæce ſeu excremento melancholico.

℞. Polypod. querc. contuſ. ℥. ß. fol.bugloſſ. fumar. ceterac, an. M. i. epith. p.i. fiat decoct. Colat. q. ſ. infund. ſennæ mund. ʒ. iii. aniſi ʒ. ß. cremor. tartari ſucco limon. diſſoluti ʒ.i. Expreſſ. diſſolv. catholic. duplic. ʒ. vi. ſyrupi de pomis ſabor ℥. i. fiat potio, &c.

Loco cathol.quandò paulò validiùs eſt purgandum, dum ulteriùs incumbimus præparationi humorum,diſſolvi poſſunt cathol.duplicati & electuarii de citro, an.ʒ.iii.vel catholici ʒ.iii. conf. hamech. ʒ. ii. poteſt etiam poni in infuſione,unà cum ſenna,caſſia ad ʒ.vi. vel ℥.i.

Potio vehementiùs purgans melancholiam fit, ſi in ultimo decocto, & infuſo præſcripto diſſolvatur confectio hamech, vel electuarium de citro in majori doſi,v.g ad ʒ.v. vel vi.

De Potione hydragoga.

Potio hydragoga benignè purgans ſeroſos humores, in omni morbo ab iis producto, tum & poſt potum aquarum mineralium.

℞. Fol. cichor. M. i. tamarind. ℥. ß. fiat decoct. infunde ſennæ mũd. ʒ. i. ß. ſemin. contra ʒ. ß. craſſæ recent. extract. ʒ. vi. Expreſſ. diſſol. aquæ infuſ. roſ. pall. ℥. i. ß. pulv. radic. jalap. ℈. ß. fiat potio.

In hydrope à cauſa calida, & in omni repletione ſeroſa.

℞. Rad. bruſci ℥. ß. fol. cichor. ebuli, an. M. ß. paſſul. purgat. par. iv. fiat decoct. Colat. infund. ſennæ. mũd. ʒ. iii. coriand. præp. & ſalis tartari, an. ʒ. ß. Expreſſ. diſſol. mannæ & aquæ infuſ. roſar. pallid. an. ℥. i. ß. pulv. radic. jalap. ℈. ß. fiat potio.

Vel

℞. Mannæ calabr. ℥. i. ß. diſſolv. in ℥. iii. ſucci radic. ireos noſtratis, fiat potio, &c.

Potio hydragoga vehementiùs ſerum evacuans in hydrope, cæteriſque

Loco mannæ diſſolvi poteſt, ſi paulò validiùs purgandum ſit, elect. de citro, vel diaprunum ſolut. ad ʒ.iij. vel ℥.ſs. vel cathol. duplic. & diaprun. ſolut. an. ʒ. iij.

Prævalente pituitâ diſſolvi poteſt elect. diacarth. vel diaphœn. ad ℥.ß. vel diacarth. & cathol. dupl. an. ʒ. ij.

Quando peccat bilis cum melancholia, ut in febribus quartanis, poſt finem continuatum, humoribus bilioſis aduſtione converſis ex parte in melancholiam; prævalente bile, in prædicto infuſo rurſus infunde caſſiæ recenter extractæ ʒ. vi. Expreſſioni diſſol. mannæ & ſyrup. de pomis ſabor. an. ℥.i.

Loco mannæ ſi craſſiores ſint humores, vel etiam ſi prævaleat melancholia, diſſolve diaprun. ſolut. & confect. Hamech, an. ʒ. ij. vel iij.

Nota, quod ſi in prædictis, humoribus empyreuma caloris lateat ob aduſtionem, & præcalida ſint viſcera, abſtinendũ ſit à calidioribus, & utendum ſolo infuſo ex ſenna, in forma priſanæ laxantis, vel ex ſenna & caſſia cum ſale prunellæ & ſucco limon.

Quando pituita & melancholia ſi-

mul peccant, utrolibet prævalente miſcenda ſunt, que ſuprà pro quolibet ex iis; deſcripta ſunt.

De potione Panchymagoga ad omnes ſimul humores excrementitios purgandos.

Si benignè à prima corporis regione ſint expurgandi, utendum eſt aliquo, ex medicamentis purgantibus deſcriptis cap. de cholagog.

Si à cæteris regionibus ſint evacuandi, in robuſtis corporibus humorum ſarcina oppreſſis.

℞. Fol. cich. capill. ven. agrim. an. M. i. tamarind. ℥. ſs. flor. cordial. an. p. i. fiat decoct. Colat. infund. ſennæ mundar. cum aniſ. ʒ. ij. rhab. cum ſant. ʒ. j. cinam. ℈ . ſs. Expreſſ. diſſolv. cathol. & diaphœn. an. ʒ iij. ſyr. roſ. ſolut. comp. ℥. j. fiat potio.

In locum diaphœn. ſubſtitui poteſt diaprun. ſolut. electuar. de ſucco roſ. diacarth. de citro, ad parem doſim.

De Potionibus peculiaribus.

In alvi fluxu, dyſenteria, cholera, &c.

℞. Tamarind. ℥. ß. fol. portul. plantag. an. M. i. roſ. rubr. p. i. fiat decoct. Colat. infund. rhab. ʒ. i. ſantal. rubri ℈. ß. myrobal. citrin. oleo amygd. dulc. confric. ʒ. i. Expreſſ. diſſolv. ſyr. roſ. ſolut. ℥. i. fiat potio.

Si ob copiam materiæ paulò validius ſit purgandum, diſſolve tryphetæ perſicæ, vel catholici duplic. ℥. ß.

Nota, cùm diarrhœa, dyſenteria, cæteriſque alvi perturbationibus, non rarò complicari viſcerum diſcraſias cũ obſtructionibus: in quo caſu nocent nimiùm adſtringentia, ideóque tunc conjungenda remedia moderatè aperiẽtia, & detergentia cum adſtringentibus & roborantibus, & purgans prædictum per intervalla exhibendum: cui addi poteſt ſenna ad ʒ. i. cremor. tartari ad ʒ. ß. ſi humores craſſiores ſint, &c.

In morbis pectoralibus, in gravidis, & ſenibus purgandis.

♃. Fol. cich. capill. ven. pimpin. an. M. i. tamarind. ℥. ß. liquirit. raſæ & contuſ. ʒ. i. hordei. integ. & flor. viol. an. p. j. fiat decoct. Colat. infund. ſennæ mund. cum aniſ. ʒ. ii. Rhab. cum ſantal. ʒ. i. Expreſſ. diſſolv. mannæ &

ſyr. flor. perſic. an. ℥.i fiat potio.

Pro hæmoptoicis minuenda eſt Sennæ quantitas, ſatis eſt ſi præſcribatur Sennæ & Rhab. an. ʒ. i.

Pro hyſtericæ paſſioni obnoxiis à cauſa calida, poſt paroxyſmum; vel cum remedia ad præcautionem peraguntur.

℞. Tamarind. ℥. *ſs*. fol. cich. M. i. abſint. minor. & flor. perſicor. an. p.i. fiat decoct. Colat. infund ſennæ mund. ʒ. ii. vel ʒ. iij. ſemin. contra ʒ. *ſs*. Rhab. cum ſantalo, & crem. tart. an. ʒ. i. Expreſſ. diſſolv. aquæ novem infuſ. roſ. pallid. ℥. i. fiat potio.

In iis quæ difficiliùs purgantur diſſolvi poteſt cathol. dupl. ad ℥. *ſs*. vel idem infundi ad ℥. i. & ſi non adſit caloris empyreuma in corpore robuſto & pleno, pōni poteſt diacarthamum, diaphæn. vel diaprun. ſol. in diſſolut. ad ʒ. iij. vel poſt expreſſ. diſſolv. cathol. duplic. & elect. de citro, an. ʒ. iij. aquæ infuſ. roſ. pall. ℥. i.

Quando humores ſunt aduſti melancholici, 1. purgandi ſunt præcedenti præſcripto remedio. Deinde quandiu adhibetur alterantia interna & topica,

ſola priſana laxans ſæpe repetenda.

Potiones purgantes pro infantibus recèns natis, ad meconium excrementum expurgandum exhibetur mel roſatum, vel ſyrupus roſatus ſolut. ſimpl. ad ℥.ſs. vel ℥.i.

Pro ſextimeſtri, & ultrà.

℞. Senn. mund. ʒ. j. ſem. contra ℈. i. infunde in aqua cichor. expreſſ. ℥. i. diſſolve ſyr. roſ. ſol. vel de cichoreo compoſ. ℥. i. fiat potiuncula, ſumenda duabus horis poſt, & ante lactis ſuctionem.

Pro bimulis.

℞. Sennæ mund. & Rhabarb. an. ʒj. cinam. ℈. ſs. infunde in aqua cichor. expreſſ. ad ℥. i. diſſolve ſyr. roſ. ſol. compoſ. ℥ i. fiat parva potio.

Pro adultioribus & verminoſis.

℞. Sennæ mund. & Rhabarb. an. ʒ. i. ſemin. contra & Sant. citrin. an. ℈. ſs. infunde in aqua portul. Expreſſ. ad. ℥. ij. diſſolve ſyr. roſ. ſolut. compoſ. vel flor. perſic. ℥. j. fiat parva potio.

Additur aliquando, modò non ægrotet à vermibus, ad pleniorem purgatio-

nem Manna ad ʒ.iij.vel ℥.ſs. in diſſolutione.

Aliquando in robuſtis Epilepſiâ vel ſuffocatione ab humorum copia laborantibus, ſic præſcribitur.

℞.Sennæ mund.ʒ.i. ſemin. contra ʒ.ſs.infunde in aqua cich. vel beton. Expreſſ. ad ℥.i. vel ℥.ij. diſſolv. vini emet.ʒ.i.ſyr.flor.perſ. ℥.ſs. fiat parva potio.

Loco vini emetici diſſolvi poteſt elect.diacarth. ad ʒ.i.vel ii. pro ætate & robore.

Vide, num in motibus convulſivis adſit inflammatio in cerebro,quod ſæpius contingit.Tunc enim poſt venæſectionem, & cucurbitulas, non validè; ſed benignè purgans eligendum, ne commoti humores inflammationem;& motûs epilepticos adaugeant.

De Ptiſana laxante, Regia dicta.

Paratur ex Senna cum correct. ad ʒ. ii. vel iii. in uno aut duobus aquæ cyathis, prout una aut duæ doſes, in eâdem die ſumendæ ſunt; manè horâ ſextâ,& horâ decimâ interſumpto juſ-

culo horâ octavâ; vel ſi non repugnet debilitas virium aut ventriculi, ſumatur prima doſis horâ quintâ, & altera ſeptimâ, juſculum vero horâ nonâ.

Additur cum Sennâ ſuccus limon. recenter expreſſus, ſpiritus vitrioli, ſulphuris, cremor vel ſal tartari, prout varia eſt intentio: acidorum quantitas determinatur ad levem aciditatem.

Infuſio fit frigidè æſtate, calidè hyeme, præcedente ſeu ſubſequente levi ebullitione.

Uſus in delicatis, calidis, gracilibus, & quibus placet, aut opus eſt potiùs per plures vices, quam uno remedio ſarcinam tollere, in morbis quoque à bile, & melancholia aduſta, cùm paulatim & ſine commotione humores ſunt educendi, ad febrium intermittentium tertianarum, continuarum & malignarum reliquias auferendas.

Nota, quod ſi abſint humores craſſi & multi impacti, præſertim cum obſtructionibus, ptiſana ſit remedium inſufficiens, præſertim in principio curationis, ideóque pleniùs primùm purgandus æger, ſuprà præſcriptis appropriatis.

Deinde majori ex parte ſublatis humoribus, ptiſanæ per intervalla repetitæ ex uſu ſunt.

Ptiſana ſimplex in prædictis caſibus conveniens.

℞. Sennæ mund. ʒ. ij. vel iij. aniſi ʒ. ß. infund. in duobus aquæ cyathis cum ſucco limon. recenter expreſſo ad gratam aciditatem (frigidè per noctem æſtate, tepidè ſi hyeme) de expreſſione cyathum capiat tempore & modo prædicto.

Pro una doſi gratiſſima ptiſana ſic paratur.

℞. Sennæ mund. ʒ. ij. coriandri præpar. ʒ. ß. fol. pimpin. minutim ſectæ M. j. Infunde in aqua fontis cum ſucco limon. recenter expreſſo ad gratam aciditatem; Expreſſionis fortis ℥. viij capiat manè.

Vel

℞. Tamarind. ʒ. iij. Sennæ mund. ʒ. ii. vel iij. liquiritiæ contuſæ ʒ. i. aniſi & cremoris tartari, an. ʒ. ß. infunde in aqua fontis: expreſſionis ℥. viij. capiat manè.

Quando adeſt copia bilis ſimul infundi poteſt rhab. cum ſantalo ad ʒ. i.

Ex iiſdem fiet ptiſana pro duabus doſibus, augendo copiam aquæ, in qua fit infuſio.

In progreſſu tertianarum intermittentium.

℞. Polypod. querc. contuſ. ℥. ſs. Sennæ mund. ʒ. iij. ſemin. contra ʒ. ſs. ſummit. abſinth. minoris, p. i. infund. in aqua fontis cum ſucco limon, recenter expreſſo ad gratam aciditatem tepidè (niſi æſtuoſior ſit aër) expreſſionis ℥. viij. capiat manè, tribus horis ante juſculum, & ſæpe repetatur, interjectis alterantibus internis & topicis, poteſt fieri infuſio in ſero lactis potimè depurato.

In morbis melancholicis & calidis viſceribus, ſuperaddi poteſt fumaria minutim ſecta, vel cichoreum ad M. ſs.

De potione cum Vino emetico.

Etſi omne Emeticum vim habeat purgandi per vomitum, vinum tamen quod dicitur emeticum, per ſeceſſum evacuat, quando (ut aiunt) cathartico fortiori, vel amplioris molis immiſcetur. Vulgò in tincturâ ſennæ diluitur, cum qua citat per inferiora plura,

quàm per vomitum. Mirum certè! vis fortior ſequitur motum debilioris. An quia vis vomitiva antimonii in ſulphure volatili, & acri conſtituta; à tali infuſo aliquantò retunditur, unde ex emetico fit purgans per ſeceſſum. Notum eſt Antimonium imminutâ acredine ex vomitivo reddi purgans, & hâc ulteriùs refrænâtâ ex purgante fieri diaphoreticum; quod etiam de nitro, & pleriſque aliis conſtat. Ignea diſſipando ſubtilia & acria; aquea deliniendo, extrahendo, vel diffundendo: oleoſa & reſinoſa obtundendo, purgantium ἄνω vel κάτω vim infringunt, & quandoque immutant. Sed nihil adeò ſalis purgativi acrimoniam, vimque temperat, aut expugnat, quàm acidum; ex cujus congreſſu cum ſalſo excitatur fervor & pugna, à qua robur antea validum mitigatur, aut quandoque immutatur. Helleborus, Eſula, granum Cnidium aceto præparantur & miteſcunt: Antimonium aceto non ſolùm mitius fit, ſed & adſtringẽdi vim acquirit: Gutta gummi ſpiritu vitrioli ex emetico in mitius purgans præcipitatur: Euphorbium

ſucco portulacæ Indi demulcet, Quercetanus ſpiritu vitrioli vexatum in pilulas ſudorificas recipit. Gal. lib. de compoſ med. ſecundùm genera, metallicorum acrimoniam acetis, viniſque acidis docet eſſe temperandam. Adeò ſalibus purgantium infenſa ſunt acida, ut eos vel atterant vel extinguant. Nec aliâ ratione cõtingit quartanarios & hypochondriacos, dum fermentatur humor terrenus acidus & acris, difficiliùs expurgari, quàm quia ab acidis effervеſcentibus vis purgãtium infringitur. Neque obſtat quòd dum decoquitur ſtibium, ſpiritus acidi ſulphuris, vitrioli, & ſimiliá acida vim illius alioqui exſiccantem & diaphoreticam in effrænem purgativã & vomitivam trahant. Tunc enim nondum ſatis fuit apertum antimonium, neque ſulphur ejus malignum per calcinationem, & detonationem cum ſale nitri, majori ex parte diſſipatum, ut in croco metallorum, in quo paucum quod ſupereſt ſulphur à partibus fixis ejuſdem ſalis manet correctum.

Vinum Emeticum componitur ex vitro, vel regulo antimonii, croco,

metallorum, aut magneſia opalina, & vino albo. Modum præparationis docent probatiſſimi chymici, ad hunc modum.

℞. Antimonii optimi, & ſalis nitri puri, an. partes æquales: terantur ſeorſim, & poſtea exactè miſceantur: pone in crucibulo vel mortario æneo, inflamma & ſæpe cum ſpatula ferrea ignita commove, donec non ampliùs inflammetur: ſublatis ſcoriis reliqua materia terátur, & aquâ tepidâ ſæpiùs abluatur. Sic paratum Antimonium dicitur Crocus metallorum, vel Hepar Antimonii, ob colorem hepati ſimilem.

Optimum eſt aliud Antimonium, quod habet laminas longas, admodum lucidas & ſplendentes.

Inflammatio commodiùs fit, ſi materiam per vices injicias, primaque vice vel carbone vivo, vel ferro ignito materiam incendas.

℞. Croci metallorum prædicto modo parati ℥.i. vini albi optimi ℔. i.*ſs.* vel ℔.ij. infunde per 24. horas vaſe bene clauſo; poſtea ſervetur ad uſum.

Uſus ipſius eſt in apoplexia, aliiſque ſoporoſis affectibus.

℞. Sennæ mund. ℨ. iij. aniſi ℨ. *ſs.* bulliant in aqua betonicæ: Expreſſioni ad ℥. iv. diſſolv. vini emetici ℥. ii. fiat potio.

Sunt qui præſcribuntur ad. ℥. iij. vel iv. etiam turbidum in robuſtis, obeſis, & plenis.

Aliquando etiam miſcetur diacarth. ut.

℞. Tincturæ Sennæ ℥. iv. vini emetici ℥. *ſs.* pulv. diacarth. ℨ. i. fiat potio.

Si lentè aut non ſatis operetur, exhibendus pulvis algarot, ſeu mercurius vitæ, de quo infrà dum de pulvere purgante.

In febribus continuis, malignis, intermittentibus, quando turgens materia capiti imminet, phrenitidem, aut ſoporem invehit; vel quando fatiſcit natura oppreſſa ab humorum copia & prava qualitate, ſæpe morti proxima ab orci faucibus eripitur ſequenti remedio.

♃. Sennæ mund. cum aniſo ℨ. ij. infunde & leviter coque in aqua fontis expreſſ. ad ℥. viij. diſſolve vini emetici ℥. ij. miſce, fiat potio.

Vel

℞. Tamarind. ℥. ß. fol. cichor. lact. oxal. an. M. ß. f. decoct. Colatur. infunde Sennæ mund. ʒ. ii. ſemin. contra ʒ. ß. Caſſiæ recenter extractæ ℥. i. Expreſſ. diſſolve vini emetici ʒ. iij. vel ℥. ß. ʒ. vi. vel ℥. i. prout videbitur neceſſarium ex copia humorum, conſtitutione robuſta, & majori vel minori viſcerum incendio, tum & ætate.

Prudens ſit Medicus in iſtius remedii uſu. Certò jugulat, ſi inflammationes partium internæ inſignes ſint; tantò magis ſi adhuc in augmento, & in eas continuetur fluxio: tunc enim inſtat necroſis partis inflammatæ. Sic ſi phrenitis adſit, peripneumonia, aut alia quævis inflammatio viſcerum, materia poris impacta non cedit, ſed magis effera redditur, & gangrænam molitur: tunc enim potiùs alterantibus, & evacuantibus per venæ ſectionem, cucurbitulas, hyrudines, quàm per ſeceſſũ opus eſt. Debet igitur exhiberi materiâ adhuc exiſtente in motu, & turgente, poſt pluries venam ſectã in brachiis, pedibus, ita ut periculum non ſit, ne vaſa ſanguine & bilioſis ichoribus adhuc plena influant in partes æſtuan-

tes: utque,ſi quædam portio materiæ jam ſit impacta, pauca ſit, ad cujus reſolutionem ſufficiat natura ab oppreſſione hujus præſidii auxilio ſublevata. Sapienti igitur maturóque conſilio opus eſt, nec ſine causâ abhorrendus abuſus talis remedii, cùm etiã illius legitimus uſus timendus ſit.

In hydrope aſcite, anaſarca. præſertim à causâ frigidâ, magnam humorum colluviem educit, præſcribitur prædicto vel ſequenti modo.

℞. Tinctur. Sennæ ℥. iv. mannæ & vini emetici, an. ℥. i. fiat potio.

In præparatione Croci metallorum, cave à vapore ſulphureo dum inflammatur, eſt enim venenatus.

Edulcoratio fit lotione in aqua, ad partes nitri fixas educendas, idque térque, quatèrque filtrando aquam, & ſinendo ut ſponte materia exſiccetur, ſufficienter edulcoratum eſſe oſtenditur, ſi omnem acrimoniam depoſitam eſſe, linguæ admovendo reperias.

In metienda doſi croci metallorum proportionaliter ad vinum, non poteſt error fieri in nimia copia; quia ſi, v. g. poſueris ℥. ij. Croci metallorum in-

vini albi. ℔. i. vinum non plus ab eo extrahet, quàm ſi ℥. i. poſueris.

CAPUT IV.

De Bolo purgante.

BOlus purgans eſt medicamentum ſolidum quidem, ſed molle ex ſimplicibus, vel compoſitis purgantibus confectum.

Eo utimur, 1. cùm medicamenta, quibus ad purgandum uti intendimus, ſunt nimis ingrata, quia craſſiorem potum efficiunt, ut Catholicum, Caſſia; aut quia multum amara. 2. Cùm purgare volumus ægros ad movendum proclives.

Uſus plurimi ſunt.

1. Ad bilem clementer expurgandam in affectibus hepatis, renúmque calidis, tum & in nephritidi & calculo obnoxiis.

℞. Caſſiæ recent. extract. ℥. i. rhab. pulver. & ſalis prunel. an. ʒ. i. cum ſaccharo fiat bolus, ſumendus duabus horis ante juſculum.

In Gonorrhœâ addi poteſt mercurius dulcis ad ℈. i. vel gr. xxv.

2. Ad bilem immixtam craſſioribus humoribus expurgandam, in febribus longis, intermittentibus, nephritide &c.

℞. Cathol. duplic. & diaphœn. an. ʒ. v. cremoris tart. ʒ. j. cum ſaccharo fiat bolus.

3. Ad eliciendos ſeroſos humores in affectibus arthriticis, Rheumaticis venereis.

♃. Mercurii dulcis, gr. xx. diagridii gran. iiij. pul. rad. Jalap. ℈. ß. caſſiæ recenter extractæ ℥. ß. cum ſyr. violat. & pauco ſacch. fiat bolus.

In hydrope, aliiſque affectibus, in quibus exturbanda eſt aquarum colluvies.

℞. Gutt. gummi gr. iv. mercurii dulcis gran. x. pulv. jalap. ℈. ß. cum conſerva roſ. fiat bolus, quarto quoque die, per quindecim aut viginti dies ſumendus, interſumptis juſculis alteratis radicibus bruſci, ireos noſtratis, agrimoniæ, ceterach, cichor. &c.

Si non ſatis purget bolus præſcriptus, addenda ſunt diagredii gr. iv.

Pro non multum adultis aut ſenibus iiſdem affectibus laborantibus.

℞. Gutt. gummi gr. ii. mercurii dulcis gr. xv. pulv. rad. jalap. ℈. *ſs.* cum pauca conſerva roſ. fiat bolus; vel ſolus pulvis ſumatur cum cochleari panatellæ.

CAPUT V.

De Pulvere purgante.

PUlvis purgans fit ex ſimplicibus purgandi vi præditis, guſtui gratioribus, additis correctivis & ſaccharo.

Sumitur cum juſculo, vel in alio liquore appropriato; vel immiſcetur duobus aut tribus cochlearibus panatellæ.

Rarò & cautè iis utendum in viſceribus & morbis calidis, quia purgantia in ſubſtantiâ ſumpta calefaciunt, fundúntque humores & multum irritant.

Uſus eſt in morbis chronicis à bile, vomitu periodico, & propenſione in hydropem.

℞. Rhab. pulver. ʒ. j. crem. tart. ʒ. ß. miſce, capiat cum juſculo refrigerante, quinto quôque die, vel ter in menſe.

In affectibus pituitoſis ad curationem, vel præcautionem poſt univerſalia.

♃. Turbith elect. ʒ. ß. crem. tart. ʒ. j. diagridii ℈. ß. cinam. gr. x. cum pauco ſaccharo fiat pulvis: doſis eſt ʒ. i. vel ℈. iv.

In affectibus Rheumaticis, arthriticis, venereis.

℞. Pulver. rad. Ialap. ℈. ß. mercurii dulcis, gr. xiv. diagridii & crem. tart. an gr. vi. fiat pulvis, ſumendus cum cochleari panatell.

Ad educendas aquas in hydrope aſcite.

℞. Gutt. gummi, gr. iv. mercurii dulcis, ℈. j. pul. rad. jalap. & diagr. an. gr. vi. fiat pulvis ſumendus cum cochleair panatellæ.

℞. Mercurii vitæ, & Guttæ gummi, an. gr. iii. pulver. rad. jalap. & diagridii, an gr. iv. fiat pulvis.

Sequens pulvis hydragogus commendatur pro hydrope.

℞. Sennæ mund. turbith gummoſ. hermodactyl. ſem. ebuli, rad. jalap. & mechoac.an.ʒ.ſs. cremor. tart.ʒ.i. Guttæ gummi gr.xv.pulver.diambræ, diarrhod. abb.& ſemin. fœnicul. an. ℈.ſs. ſacch.candi ʒ.i.ſs. fiat omnium pulvis, cujus ʒ. ii. infundantur per noctem in vini albi ℥. iv. capiat manè vinum & pulverem, quinto quoque die, poſt præmiſſa univerſalia.

Pulvis Cornachini.

℞. Antimonii diaphoretici, gr. viii. diagridii cum ſulphure præparati; ℈.ſs. cremoris tartari, ℈.j. fiat pulvis ſumendus cum cochleari panatellæ.

Augeri poteſt doſis antimonii, ex ſententiâ authoris, uſque ad gr. xv. diagridii uſque ad xx. cremoris tartari ℈. ij.

Author hujus pulveris tantum illi tribuit, ut velit omnibus morbis ab excrementis productis mirè prodeſſe, de quo librum integrum conſcripſit.

Ex hoc pulvere & mercurio vitæ pulvis parari poteſt utiliſſimus in hydrope, in apoplexia, quando cætera remedia lentè, vel inſufficienter operantur.

℞. Mercurii vitæ, gr. iv. diagridii cum ſulphuris vapore præparati, ℈.ß. Antimonii diaphoretici, gr.viij. cremoris tartari, ℈. j. fiat pulvis.

Cave, ne viſcera ſint calida & ſicca & humores aduſti, potiùs quam pituitoſi; tunc enim remedia calida & ſicca febrem, vel phlogoſes, vel inflammationes ſyſtrophicas inducerent.

CAPUT VI.

De Pilulis purgantibus.

COmponuntur ex variis ſpeciebus ſimplicium purgantium amaris, acribus, & fœtidis; addendo ea, quæ ſunt eorum vehicula; ea quoque, quæ promovent actionem, vitium corrigunt, & formam conſervant.

Aliæ ſunt officinales, quæ in officinis ſervantur paratæ, ut pilulæ cocciæ, de agarico, arthriticæ, &c.

Aliæ magiſtrales, quæ à medicis ſecundùm varias indicationes præſcribi ſolent, quæ uſuales nuncupantur, quia eorum uſus frequens eſt. In earum cō-

poſitione ea adhibenda ſunt, quæ in parva mole efficaciter operantur.

Doſis eſt ad ʒ. i. vel ℈. iv.

Pilulæ quæ vehementiùs purgant, ſumi debent poſt primum ſomnum, horâ nempe 2. vel 3. poſt mediam noctem, quibus ſuperdomire licet, ut calor intrò coactus ſolidam earum formam faciliùs vincat, & in actum deducat: quæ verò mediocriter operantur, ſufficit ſi ſub aurorâ ſumantur. A ſomno abſtinendum eſt, cùm incipit evacuatio: aliquando ſumuntur immediatè ante levem cœnam; ubi pauciores ſtomachicæ, aut ad alvum tantùm laxandam deſtinantur.

Utimur pilulis 1. cùm ægri medicamenta formâ liquidâ, aut ſolida nimiæ molis reſpuunt. 2. cùm ventriculus pituitoſis humoribus ſcatet. 3. cùm à partibus remotis à ventriculo humores attrahere intendimus.

Uſus eſt in affectibus potiſſimùm frigidis, & hyeme, vel in chronicis: calidis penitùs abſtinendo æſtate; quæcunque enim in parvâ mole in ſubſtantia purgant, acria ſunt & calida.

Ad humores validè è cerebro, aliiſque

partibus evacuandos, in repletione pituitoſa, ſeroſa, ſimplici vel mixtâ.

℞. Maſſæ pilul cocciar. & de agaric. an. ʒ. *ſs*. trochiſc. alhand. & diagridii, an gr. iv. olei aniſi arte chymicâ extracti, gutt. iiij formentur pilulæ v. devorandæ poſt primum ſomnum.

Similiter ſecundùm varios affectus, ex aliis officinalibus pilulæ parantur, ut pro arthriticis ex maſſâ pilular. arthritic. & de hermodactylis: pro morbis frigidis ventriculi, ex ſtomachicis, de hiera, de aloë: ad bilem purgandam, ex aureis; ad melancholiam, ex fœtidis majoribus, de lapide lazuli; ad oculorum morbos ex lucis majoribus; ad diuturnas febres ex aggregativis, quæ ideò polychreſtæ dicuntur.

Ex plurimis dictar. pilul. fit quandoque maſſa uſualis pro chronicis affectibus, paralyſi, tremore, torpore, convulſione à cauſa frigida ſeroſa, cum intemperie frigida & humida cerebri.

℞. Maſſæ pilul. cocciar. & de agaric. an. ʒ. i. *ſs*. de hermodactyl, aggregativ. an. ʒ. *ſs*. gutt. gummi correct. cum ſpiritus vitrioli, & diagridii, an. ʒ. *ſs*. mercurii dulcis ʒ. i. pulv. diamoſchi

℈.i. cum ſyrupo de ſtœchade fiat maſſa pilular. Doſis eſt ad ℈.ii. vel ʒ.i. manè ſummo.

Ad præcautionem hyſtericæ paſſionis in mulieribus obeſis & frigidis.

℞. Maſſæ pilul. fœtid. ℈.ij. trochiſc. alhandal, gr. v. caſtorei, gr. ij. fiant pilulæ v. devorandæ poſt primum ſomnum.

Ad ſeroſos humores evacuandos in arthriticis, rheumaticis, venereis, hydropicis affectibus.

℞. Guttæ gummi, aut magiſt. ipſius, gr. iv. mercurii dulcis ℈.i. diagridii gr. v. cum mucilagine gummi tragacanti, fiāt tres, quatuor, aut quinque pilulæ, &c.

Pilulæ antivenereæ in contumaci gonorrhœa, bubone venereo, in luis ſuſpicione, vel curatione.

℞. Maſſæ pilul. ſine quibus, ʒ. *ſs.* diagridii cum vapore ſulphuris parati, gr. iv. mercurii dulcis, gr. xx. fiant pilulæ v.

Quæ ſimul polychreſtæ ſunt & antivenereæ.

℞. Maſſæ pilul. cocciar. ʒ. *ſs.* mercurii dulcis, gr. xv. præcipitati albi, gr. v. cum aliquot guttis ſyrupi roſati, fiant iv. aut v. pilulæ.

Pilulæ uſuales, angelicæ dictæ.

℞. Succi roſar. pallid. ℥.iſ. ſuccorum depurator. bugl. borrag. fumar. & ſummit. ebuli, an. ʒ. ii. Rhab. ʒ.ß. ſantali citrini, ℈. ß. infunde per iiij. dies expreſſ. forti aloës cicotr. in tenuiſſimum pulverem redactæ ℥. iv. miſce & expone ad ſolem, ſæpius cum ſpatula verſando donec perveniat ad conſiſtentiam pilularum: ex tota maſſa formentur pilulæ, quarum doſis eſt ad ℈.j vel ʒ. ß. ſemi horâ ante levem cœnam, ſemel in ſeptimana, vel ter in menſe.

In morbis à materia craſſa, mucilaginoſa, tartarea, cum obſtructionibus viſcerum & infarctu, unde aliquando ſuffocatio, vertigo, epilepſia, dolor capitis, imbecillitas ventriculi: poſt univerſalia remedia, & aquas minerales, eximiè proſunt pilulæ hydropicæ ſequentes.

℞. Aloës cicotr. ſucco roſar. ter aut quater lotæ, ℥. iii. ſennæ mund. Rhab. electi, & agaric. trochiſc. an. ʒ. j.ß. diagridii cum ſulphure præpar. & trochiſc. alhand. an. ʒ.ß. ſalis abſynth. & pulv. diarrhod. abb. an. ℈. j.ß.

cum ſyr. roſ. ſol. fiat maſſa pilul. de qua capiat ℥. ſs. vel ℥. j. manè tribus horis ante juſculum, ſemel in ſeptimana, vel ter in menſe.

Cave ab aloë, & à remediis quæ ipſam ſuſcipiunt, pro iis, qui fluxui hæmorrhoidum, & menſtruorum obnoxiam habent diſpoſitionem, nam aloë vi pollet venarum orificia aperiente.

Pilulæ pro una doſi ad eundem finem.

℞. Rhab. pulv. & pulv. hieræ picræ, an. ℈. ſs. cinam. maſtich. an. gr. vi. diagridii & ſalis tartari, an. gr. iv. cum ſyrupo roſ. ſolut. fiant pilulæ iij. capiat manè hora, &c.

CAPUT VII.

De Purgantibus ex Chymicis.

DEſcribuntur in hoc capite remedia chymica, quæ frequenter in uſu ſunt, ex quibus vel ſolis, vel ſimul cum aliis, ſecundùm varias intentiones, parari poteſt remedium pur-

gans, ſub forma pulveris, boli, extracti, pilul. &c.

Doſis hîc traditur, qualis ſi per ſe quodlibet ſumeretur, deinde ſecundùm robur, ætatem, copiam & qualitatem humorum determinanda; & prout pluribus, vel paucioribus aliis immiſcetur purgantibus.

Extractum Sennæ à ʒ. ß. ad ʒ. j.
Extractum Rhabarb. à ℈. j. ad ʒ. j.

Bilioſis, ſeroſis, & melancholicis humoribus clementer purgandis conveniunt.

Tinctura ſennæ, vel Rhabarb. ad cochlear. ij. vel iij. præſcribuntur per ſe pro puerulis; vel diſſolvuntur in purgantib. ſuprà præſcriptis.

Extractum mechoacan. ad. ʒ. ß. vel ʒ. j. ſerum & melancholiam expurgat.

Extractum myrobolan. ad ʒ. ß. vel ʒ. i. cum medicamento adſtringente & purgante ſumitur, vel per ſe in alui fluxibus.

Extractum jalap. tum & reſina à gr. vi. ad ℈. ß. magiſterium jalap. ad gr. x. vel xviij. vis purgans jalap. eſt in reſina, ideóque vel in ſubſtantia, vel

in extracto, vel in magiſterio, eo potiùs utendum quàm in infuſo vel decocto, quia aquea non ſolvunt pinguia, & reſinoſa, ſerum clementer expurgat.

Extractum eſulæ ad ℥. ß. vel ʒ. j. idem præſtat.

Extractum hellebori nigri ad ℈. ß. vel ℈. j. purgat ſerum, & craſſos humores præſertim melancholicos: ut commodiùs purget, iis immiſce quæ per ſeceſſum purgando vim ejus vomitoriam infringunt.

Extractum agarici ad ℈. i. vel ʒ. ß. pituitam bilémque educit

Extractum diacarthami ad ʒ. ß. vel ʒ. i. idem præſtat.

Trochiſci alhandal, à gr. vi. ad x. cum aliis miſcentur in bolis, pulveribus, & pilulis.

Euphorbium correctum, ſeu Extractum euphorbii, ad gr. x. vel xv. ſerum, pituitam validè expurgat.

Gutta gummi per ſpiritum vitrioli vel tartari correctum, ſic enim perdit vim vomitum excitandi.

Correctio ſic fit.

℞. Guttæ gummi, q. ſ. diſſolve cum

ſpiritu vitrioli, qui deinde per inclinationem abſtrahatur, reſiduum lentè exſiccetur: quod ſi ter fiat, optimè corrigitur. Doſis eſt à ℈. ſs. ad ℈. j. pro hydropicis, ſcabioſis, paralyticis, cæteriſque affectibus à pituitâ & ſero ſolis, vel cæteris humoribus commixtis. Contingit aliquando non poſſe exſiccari, quando primâ aut ſecundâ vice imbibitur acido vitrioli aut ſulphuris; tunc aqua immiſcenda, hac enim extrahuntur acida, quibus ſublatis tota deinde maſſa facilè exſiccatur.

Extractum, magiſterium, reſina ſcamon. ad ℈. ß. ad gr. xv.

Scammonium vitriolatum Hartmanni ex Schrodero, à gr. x. ad xx.

Extractum benedictum, à ℈. ß. ad ℈. j. hæc omnia purgant bilioſos, craſſos, & mucilaginoſos humores

Extractum catholicum Francofurt. à ℈. i. ad ℈. ii. purgat blandè omnes ſimul humores.

Extractum catholicum Sennerti.

Extractum panchymagogum Hartmanni, Crollii, Quercetani, Schroderi, & Glaſeri, à ℈. j. ad ℈. ij.

Extractum hydragogum, à ʒ. ß. ad ʒ. j.

Pulvis panchymagogus Salæ, Quercetani, purgat ſeroſos humores bilioſos phlegmaticos ſine moleſtiâ. Doſis eſt ʒ. ß. ad ʒ. j.

Pulvis panchymagog. Quercetani.

Prædicta remedia in variis officinis reperiuntur parata; deſcribuntur ab authoribus propriis, & à Scrodero.

Vitrum antimonii correctum purgans datur à gr. iij. ad v.

Præcipitatum rubrum fixum, gr. iij. ad vi.

Turbith minerale à gr. iij. ad v. datur cum pulvere, bolo, pilulis, &c. Prodeſt rheumaticis, hydropicis, podagræ, lui venereæ, ſcabiei, prurigini, febribus malignis.

Præcipitatus mercurius albus, à gr. iv. ad vi. Signum boni præcipitati eſt, ſi aurum eo fortiter perfrictum non dealbetur, ut ſolet ex contactu mercurii. Datur cum pilulis, bolo, pulvere, vel cum ℥. ß. confect. hamech, in ſiphylide, & lepra; vel cum ſequenti extracto.

℞. Pulpæ colocynthid. ℥. i. agarici albi, helleb. nigri, jalap. an. ʒ. j. conſcinde omnia craſſo modo, & in-

funde cum ſpiritu vini rectificati ad ℥. v. fiat digeſtio in cucurbitâ oblonga per xiv. dies: tunc fiat expreſſio menſtrui per manicam Hippocr. Colat. immiſce diagridii ʒ. ß.

Præcipitatus viridis à gr. ij. ad viij. ſpecificum dicitur eſſe in gonorrhœâ virulenta, quam nimiam tollit, non ſufficientem promovet, continuando ipſius uſum, donec omnis fluxus ſedatus ſit.

Mercurius ſublimatus dulcis à ℈. j. ad ʒ. *ſs*. Sunt qui ſublimant mercurium per ſex vices, ſed toties repetita ſublimatio vim ipſius purgantem omnino deſtruit: ſufficit terna ſublimatio, imò ſi purum & inſipidum binâ ſublimatione reperias, acquieſce.

Mercurius vitæ à gr. iv. ad vi. Dicitur etiam pulvis Algarot, & à quibuſdam aquila alba, vulgò tamen per aquilam albam intelligitur mercurius ſublimatus.

Quia Mercurius vitæ violenter operatur per vomitum, Medici de vi vomitiva infringenda ſolliciti & de corrigenda violentia; ſic parant mercurium vitæ correctum.

♃. Mercurium vitæ in phiala igne arenæ fove, donec rubere inceperit, poſtmodum ſpiritu vini, ſæpiùs ab eo extrahe, ſic purgat per alvum commodè à gr. iv. ad vi. vel viij.

Quorum omnium præparatio docetur à clariſſimis viris Crollio, Sennertu, Schrodero, Glaſero, Sylvio, Zuvelfero & aliis.

SUBSECTIO II.

CAPUT I.

De Emetico.

EMETICUM ſeu Vomitorium eſt medicamentum, quod quæ ventriculo moleſta ſunt, per os expurgat.

Neque intelligas vim, quam vocabimus ſpecificam, quà pharmacum emeticum humores ſurſum abigit, conſtitutam eſſe in proprietate quadam, quâ ſuccum peculiarem, vel omnes ſimul

ad ſuperiora provocet;id enim præſtat ſale volatili acri admodum,quo plurimùm fibras ventriculi irritat, tonum ipſius conturbat, & cogit ut contractæ ſimul fibræ à fundo ad ſuperius orificium per viam vicinam & brevem quod moleſtat exonerent. Conſtrictionis modum oſtendit hirudo ſale ſuperjecto. 2. quia humores commovet, dum ſimul congrediuntur particulæ heterogeneæ, quarum tenues & magis volatiles ſæpe craſſioribus immixtæ ſurſum feruntur; fitque aliquando ſimul per ſeceſſum evacuatio,dum in tali fermentatione craſſiora præcipitantur.

Vomitu promovetur non ſolùm particularis, ſed & univerſalis purgatio: ſi enim leve eſt vomitorium, ventriculus; ſi mediocre,etiam partes vicinæ; ſi vehemens, totum corpus, expurgantur.

Ad triplicem ſcopum inſtituitur.

1. Ad evacuationem 2. Ad revulſionem 3. Ad derivationem.

Uſus eſt in omnibus affectibus,qui à ventriculi & præcordiorum ſordibus oriuntur. Prodeſt inappetentiæ, nau-

ſeæ, ictero, cachexiæ, dolori capitis, vertigini ſympathicæ, febribus intermittentibus initio acceſſionis, ob tunc commotam materiam, ulceribus renum, veſicæ, &c.

Tempus exhibendi commodum eſt cùm æger nauſeat, & ad vomitum impellitur, nec ſufficit.

Nota, quòd ſi ſit ſymptomatica irritatio ad vomitum ob inſignem humorum copiam, æſtum, orgaſmum, humor non eſt ad ſuperiora ſed ad inferiora trahendus; ne major fiat humorum commotio, & febris; maximè ſi inſtet criſeos tempus, quo tempore motus naturæ non eſt perturbandus.

Prodeſt facilè vomentibus, gracilibus; nocet iis qui imbecilli ſunt pectore & anguſto, obnoxiis tuſſi, phthiſi: nocet quoque melancholicis, vertigini, ſuffuſioni idiopathicæ, & hyſtericis.

Quæ vomitum excitant, differunt modo operandi; alia enim id agunt ſolâ copiâ, alia moleſtâ qualitate, alia totius ſubſtantiæ vi ſpecificâ: unde aliud eſt vomitorium leve, aliud mediocre,

aliud vehemens:leve eſt illud,quodvel molliendo,vel laxando ventriculum, præſertim orificium ſuperius,ipſius tonum & firmitatem diſſolvit,ut pinguia omnia, aqua tepida; vel ſuâ mole & pondere vim expultricem ſtimulat;vel relaxando & aggravando, ut oleum commune, ad ℥. vi. vel. ℥. viij.

℞. Aquæ tepidæ ℥. vi. vel ℥. viij. vel.x.(pro ætate,& ventriculi robore) olei vel butyri ℥. ij. miſce:capiat uno hauſtu,& poſt horæ quadrantem provocet vomitum, digitis, vel pennâ oleo illitâ in os immiſſis.

Idem præſtat hydromel,aqua hordei tepida, juſculum valde pingue, & ſimilia in magnâ copiâ ſumpta.

Vel

℞.Rad.Raphani ℥.i.ſemin.atriplicis ʒ.iij. fol.gentianæ, anethi, an. p.i. fiat decoct.in aqua hordei,vel hydromel.Colatur. ad ℥. viij.vel x. diſſolv. olei comm. ℥. ij. vel iij. fiat vomitorium, &c.

Mediocre vomitorium fit ex iis,quæ mordaci qualitate ventriculum irritant,& humores detergendo,vel incidendo ad excretionem parant, ut

℞. Rad. aſari ʒ. iij. Agarici albi ʒ.i. ſem. urticæ ʒ.ij. flor. geniſtæ p. 1, fiat decoct. in aqua hordei. colat. ad ℥. viij. vel x. diſſol. in cauſa frigida, oxymelitis ſcillitici, in calida ſyrupi acetoſ. ℥. ij. fiat vomitorium, &c.

Vehemens componitur, ex his quæ moleſtâ vi ventriculum inſigniter conturbant, & ſubvertunt, ut:

℞. Rad. Helleb. albi ʒ.i.ß, liquirit. contuſ. ℥.ß. ſem. ebuli ʒ.i. ß. cinam. ℈.i. fiat decoct. in hydreleo; Colat. ℥. viij. capiat, &c.

Vel

℞. Vitrioli albi præp. ʒ. ß. diſſol. in aqua communi, vel hordei ℥. viij.

Vel ex chymicis.

℞. Salis vitrioli ℈. ß. diſſolve in aqua, vel juſculo ad ℥.iij. capiat, &c.

Datur etiam pueris innoxiè. Poteſt augeri doſis in adultis, ad gr. xv. vel ℈. i.

Vitriolum album vomitivum idem præſtat, à ℈.i. ad ʒ.i. exhibetur cum vino, juſculo, aut alio liquore: leniter operatur & feliciter in febribus, ut & in omni ventriculi ſorde, lūbricis, &c.

℞. Vini Emetici ℥.ij. capiat, &c.

per ſe, vel miſcendo cum aqua hordei, vel juſculo.

Vel

℞. Mercurii vitæ, gr. iv. conſerv. roſar. ʒ. miſce, capiat.

Idem præſtat Antimonium rubrum fixum, ad g. iv.

Flores reguli Antimonii, à gran. iv. ad vi. oleum ſeu butyrum Antimonii ad ℈. ß. vel ℈. j. per ſe, vel in juſculo, aut aquâ hordei ad ℥. ij.

Prodeſt tertianis chronicis, & quartanis, parato ritè corpore, & initio acceſſionis.

Infuſum vitri Antimonii cum vino ad ℈. j. ad ℈. iv.

Cave, ne imprudenter utaris Antimoniacis: nec niſi in contumacibus affectibus, quibus convenit, & naturis admodum robuſtis.

Priuſquàm præſcribatur, præcedere debent vacuantia & alterantia, quantum ſufficit, ad imminuendam humorum copiam, & reddendos humores fluidos; tum etiam ne craſſiores, qui per ſeceſſum expurgari exigunt, ad ſuperiora cum dyſphoria impellantur.

CAPUT II.

De Diureticis.

DIuretica ſunt, quæ aquoſos humores per urinas, vi peculiari expurgant.

Partes, quibus expurgandis conveniunt, ſunt gibbæ hepatis, renes, uterus, veſica, vaſorúmque genus omne.

Diuretica alia propriè, alia impropriè dicuntur. Propriè vocantur, quæ calida & ſicca in tertio gradu, cùm ſint tenuis ſubſtantiæ, in vaſa facilè penetrant, humores liquant, & ſanguinem fundunt; ſicque ſerum ſeparant; quo fit ut facilè deinde renes præterfluat, & cum urinis excernatur.

Impropriè dicuntur diuretica quæ levi quâ pollent vi aperiendi, attenuandi & detergendi, urinas ſimpliciter movent, ex Galen. cap. 4. & 5. ſimpl. ſuntque moderatè frigida, vel leviter calida.

Uſus moderatè refrigerantium eſt, in febribus continuis, intermittentibus,

obſtructionibus viſcerum,& vaſorum cum intemperie calida,morbis hypochondriacis,cæteriſque melancholicis affectibus, renum quoque, veſicæ, uteri &c.

Si chymiam conſulimus, ineſt iis quæ verè diuretica ſunt, ſal volatilis, aut acidum volatile, quo ſerum ſanguini aliiſque humoribus immixtum, & à partibus craſſis irretitum, diſſolvunt:eo penitùs modo, quo lac fervidum in ſerum ſolvi deprehendimus liquore acido ſuperaffuſo. Neque ſolum ſerum ſejungitur,ſed & partes ſanguinis excrementiæ ſalinæ, craſſæ, terreſtres & fæculentæ,quæ ſimul cum ſero convehuntur. Conſtat ea urinas citate,quæ ſale atque etiam acido volatili abundant,ex acidulis mineralibus, ſpiritibus,tincturis, & ſalibus tartari, terebinthinæ, nitri armoniaci, &c. ſeu proximè agant in ſanguinem diſſolvendo; ſeu etiam reſtituant, augeant & exaltent fermentum acidum & lixiviale renibus inhoſpitans, quo ſerum à ſanguine ſolvitur,& præcipitatur per tubulos in pelvim.

Quæcunque laxant renum ſubſtan-

tantiam, meatus Lymphaticos, & Bellini ductus patentiores reddunt, urinas ſollicitant: ac proinde diuretica, quamvis minùs propriè, dici debent; miſcendáque ſunt propriè diureticis, ut ſimul ſanguis liqueſcat in ſerum, & ductus, quibus excipiatur, patuli exiſtant. Quod in diabete, diatheſi nempe contrariâ, contrario modo fit, cui refrigerantia, incraſſantia, & modicè adſtringentia conveniunt, ut laxiorem ſanguinis, & partium urinæ dicatorum compagem, in debitum tonum reducamus.

Prædictis affectibus competunt diuretica magis temperata, de quibus vide caput de emulſione, decocto, juſculis aperientibus temperatis, & de nephriticis: in quibus diſſolvi poſſunt ex chymicis, ea quæ dictis in locis deſcripta ſunt, inter quæ ſequentia ſunt magis appropriata.

Spiritus ſalis, vel Vitrioli, vel ſulphuris, ad gutt. x.

Cremor tartari chalybeatus, ad ʒ. ß.

Spiritus tartari, à ℈. i. ad ℈. ij.

Spiritus tartari vitriolatus, ad ℈. ß.

Tinctura ceu acidũ tartari, ad ʒ. ß.

Tinctura ſalis nitri, ad ℈. i.

Cryſtalli ſalis nitri, ad ℈. i.

Spiritus urinoſus ſalis armoniaci, ad gutt. viij. vel x.

Spiritus vitrioli dulcis, ad ℈. ij.

Spiritus Terebinthinæ, ad gutt. vj. viij. Vel x.

Sal ſtipitum fabarum, ſuccini, Therebintinæ, ſcorpionũ, ad gr. vj. vel ℈. ß.

Quorum pleraque licèt ſint calida, at tamen per accidens refrigerant, quia materiam calidam educunt, & frigidorum aperientium ſunt vehicula.

Accedunt aquæ minerales, nitroſæ, vitriolatæ, chalybeatæ, quarum uſus poſt univerſalia evacuantia & alterantia ſufficienter adhibita, mira præſtat ad calidas viſcerum dyſraſias corrigendas, reſerandas obſtructiones, & humores craſſos viſcidos attenuandos, detergendos, & per urinas evacuandos.

Diuretica calida conveniunt morbis à cauſa frigida productis.

Componuntur in forma decocti, ut ſuprà capite de nephriticis aperientibus, addendo aliquod ex chymicis, quæ eodem in loco deſcripta ſunt.

In forma julepi, quando in promptu parari debet in urinæ ſuppreſſionibus,

modò non proveniat ab inflammatione.

℞. Aquar. gram. cæreſ. ana ℥. iij. ſpirit.ſalis nitri ℈.ß.ſalis ſuccini, gr.v. ſyrupi capill. vener. ℥.j.f. julep.

Prodeſt calculoſis, nephritidi à craſſis humoribus, ſuppreſſioni urinæ ab iiſdem cauſis &c.

Vel

℞. Aquarum ſtipitis fabar. & flor. malvæ, ana ℥. ij.ß. ſpir. Therebinth. gutt.iiij.vel ſpirit.volatilis ſalis armoniaci, gutt.x.f. julep. In defectu hujuſmodi aquarum adhiberi poteſt aqua, vel decoct. malv. pariet.graminis, &c.

Abſtinendum à diureticis in tabidis macie confectis, inſtrumentis urinæ exulceratis, aut inflammatis; pudendis, utero affectis, repletâ veſicâ, viarum obſtructione, dum multa eſt adhuc materia, aut ſcatent ſordibus ventriculus, & inteſtina; ne penitiùs in partes obſtructas humores à diureticis fuſi ducantur, & obſtructiones augeant, ideòque priùs ritè corpus purgantibus & alterantibus præparandum.

CAPUT III.

De Diaphoreticis.

MAgna certè vis tranſpirationis ad vitæ tutelam, quam ſtatico trutinio diligens Sanctorius deprehendit pleniorem eſſe omnibus aliis evacuationibus ſenſibilibus ſimul ſumptis. Quod ſi tantùm poteſt, ut per poros partium & arterias, inſignem copiam volatilium craſſarúmque ſordium in totius habitum transferat, ſuſceptúmque ſanguinem, unà cum transſumpto aëre, in circulationis opus & refrigerium per venas referat ad interiora; quantum ab ἀδιαπνευστίᾳ timendum eſt, quæ calidos halitus in vaſis coërcens, & flabellum aëris impediens, tam ſæpe fervorem atque putredinem in humoribus producit; neque ulla ferè ſit febris, quæ deſæviat aut penitùs ceſſet ſine ſudore atque liberâ διαπνοῇ.

Neque mirùm, cùm ea quæ per diaphoreſim ſeu ſponte naturæ, ſeu artis beneficio fit evacuatio, non ſolùm

proximè ab habitu corporis, ſed & à vaſis & viſceribus, nec non ab intima corporis regione quodcunque acidum volatile, cæteraſque reſolubiles humorum particulas per vaſa pneumatica, ipſaque interiorum partium & cutis ſpiracula, in aquæ aut vaporis formâ, diſſolvat.

Medicamenta quæ id promovent dicuntur diaphoretica, quorum δυνάμεις & modum agendi ex eo deprehendimus, quod facilè tranſpirent ſudéntque, quibus ſanguis tenuis, ſolutus, ſeroſus, promptè circulans, poríque totius habitûs aperti ſunt quales ſunt ſanguinei, bilioſi, præſertim æſtate. Sic quæ diaphoretica ſunt, debent pollere vi attenuandi, fundendi, & proinde majorem in ſanguine fermentationem & circulationem excitandi, partéſque humorum volatiles ſegregatas rapiendi in cutis ſpiracula, quæ rarefaciendo aperiunt: ideóque

Diaphoretica ſunt medicamenta, quæ cutis poros reſerant, humores à centro ad circumferentiam evocant, & inſenſibiliter vel ſenſibiliter expurgant.

Quæ ſenſibiliter movent ſudores

vocantur hidrotica, ſeu ſudorifica: de quibus ſuprà cap. 12. §. 2. part. 1.

Quæ inſenſibiliter id agunt, dicuntur Diaphoretica ſimpliciter, quæ naturam ſudores molientem, aut in eos pronam adjuvant, vel poros aperiendo, ſubtiles humorum partes excludunt: quorum

Uſus eſt.

1. In febribus malignis, peſtilentibus, variolis, morbillis, cæteriſque in quibus promovenda diaphoreſis, maximè ſi natura huc moveat, per exanthemata, ſudores, &c. quorum exempla tradita ſunt in forma julepi, Emulſionis, cap. 1. & 2. §. 1æ. partis 1æ.

In forma decocti cap. 4. §. Secundæ part. Primæ de cardiacis in cauſa calida.

2. In omnibus febribus, & aliis caſibus in quibus adeſt cutis obſtructio, vel diſſlandi ſunt humores à centro ad circumferentiam, diebus criticis, dum videmus naturam ad ſudores paratam; vel ad ipſam juvandam, dum languidè eos movet.

℞. Aq. cardui bened. ſcabioſ. papav. rhœad, an. q. ſ. ſalis cardui bened. vel

ſcabioſ. & confect. hyacinth. an. ℈.i. ſyrup.capill. vener. ℥. ß. f. julep.

Vel

Aq. cardui bened. ℥. vj. ſpirit.nitri, & Bezoard. mineral.an.℈.ß.ſyrup. limon. ℥. ß. f. Julep.

Subſtitui poſſunt ex chymicis.

Spiritus ſalis dulcis, ad ℈. i.

Spirit. Tartari, ad ℈.ß.

Lapis Bezoardicus verus, ad gr.iv. vel v.

Pulvis Bezoardicus animalis, ad ℈. ß. vel gr. xv.

Mixtura ſpiritalis, cæteràque, de quibus in prædictis locis de Julepo, & de cardiacis, dictum eſt.

3. In Scorbuto, affectibus hypochondr. &c.

♃. Aquar.cardui bened.& fumar. an. ℥. ii. ß.

Salis cochlear. ʒ. ß. fiat julep.

Subſtitui poſſunt

Sal cærefol. ſcabioſ. meliſſæ, fumariæ, naſturtii aquat,becabungæ,ad ʒ. ß.

Sal fixus eorundem, vel Tartari ad ℈. i.

Nota 1. Priùs eſſe corporis plenitu-

dinem demendam evacuantibus, venæ ſectione, purgatione, prout & quantum expedire videbitur. Quod inſinuat Gal. ne humores fuſi & attenuati penitiùs deferantur, obſtructiones augeant, aut nimiâ copiâ in corporis habitum rapiantur, vel difficiliùs perflati computreſcant.

2. Ut diaphoretica eligantur proportionata; nec ſemel, ſed quoties opus videbitur repetantur, ne potiùs agitetur materia, quàm evacuetur.

3. Ne calidiora adhibeantur, quando calor in febribus inſignis eſt, abéſtque omnis malignitas.

4. Tempus adhibendi opportunius eſſe, quando materia mobilis eſt, & natura prona: in his præſertim qui facilè, & copiosè naturaliter tranſpirant. In continuis febribus depletâ per evacuantia majori ex parte humorum ſarcina, ut liberiùs corpus perſpiret, & ad ſudores diſponatur; præſertim quando ſubeſt malignitas, cujus miaſmata ſponte in corporis ambitum feruntur, dum ſeroſæ & ichoroſæ ſanguinis partes per ἀνεγχύμωσιν & τῶν φλεβῶν ἀναστομώσιας, in cutem natura protrudit. In in-

termittentibus, incipiente aut declinante paroxyſmo; quo tempore materia mobilis eſt: in principio quidem invita contrario motu è foco expellitur; in fine verò, quò ſponte vergit, ultrò fugatur.

5. Cavendum eſt, ne nimius ſit diaphoreticorum uſus, quando nimia eſt ſanguinis tenuitas, putredo, & diſſolutio: quod ſæpe contingit in febribus malignis, purpuratis, variolis, affectibus ſcorbuticis & ſimilibus. Tunc enim diaphoretica, ſanguinem fundendo, ulteriùs volatiliſant, & corrumpunt. Quin potiùs tunc utendum leviter detergentibus, refrigerantibus, iiſque quæ alkalibus abundent. Non alia forſan ratione antiqui præſcribebant pulveres, potiones, confectiones cardiacas, quæ terram ſigillatam, bolum armenicum, corallia, gummata, & ſimilia recipiunt, quibus imbibuntur acida, tenuia incraſſantur, & nimia impeditur fermentatio.

SECTIO

SECTIO II.

De Evacuantibus particularibus.

POST evacuationes univerſales, inſtituenda eſt purgatio particularis, quæ reſpicit determinatam partem, à qua excludere humores copiâ vel qualitate peccantes eſt opus. Cerebrum expurgatur per nares, quod præſtant ſternutatoria, errhina; vel per palatum, quod præſtant maſticatorium, gargariſma: pulmo & thorax per bechica: ventriculus per vomitoria: gibba hepatis per diuretica: inteſtina & cava hepatis expurgantibus per ſeceſſum, de quibus omnibus ſuprà diximus rènes autem & veſica per injectiones, uterus etiam per peſſaria.

CAPUT I.

De Sternutatoriis.

STernutatoria, quæ ptarmica Græcè dicuntur, ſunt medicamenta, quæ in nares immiſſa vim cerebri expultricem movent ad expulſionem rei moleſtæ.

Fiunt ex acribus ſimplicibus in pulverem redactis. Immittuntur in nares, vel ſubitâ & repentinâ attractione cum aëre, vel per tubulum inſufflando.

Parantur, vel in forma pulveris, vel in forma liquida.

Uſus eſt, ad cerebri excrementa educenda, vapores diſcutiendos, ſopitos ægros excitandos, ſenſûs obtuſos expediendos, fœtum & ſecundinas excludendas.

Simplex pulvis ſternutatorius fit ex pulvere nicotianæ ſiccæ, betonicæ, ſalviæ, ireos florentiæ, &c.

Compoſitus paratur ex acrioribus ſimul mixtis pro affectibus ſoporoſis, aliiſque prædictis intentionibus.

℞. Piperis longi & pyrethri, an. ℥.ß.euphorbii ℈.i. fiat pulvis in nares per tubulum inſufflandus.

Vel

℞. Pulv.nicotian.& hellebori, an. ℥. ß. piper. albi ℈. i. euphorb. gr. v. fiat pulvis.

Vel

℞. Pulv. tabaci ℥. i. ß. fol. beton. ſiccæ ℥.ß.helleb.albi ℈.i. ambræ gr.ij. fiat pulvis.

Loco ambræ in affectibus uteri, pone caſtorei gr. ij.

In formâ liquidâ.

℞. Pulv. hieræ picræ, garyoph. pyrethri ℥. i. aquæ vitæ q.ſ. fiat mixtura, quâ cum penna nares interiùs illiniantur.

Abſtinendum à ſternutatoriis, quando crudi humores in capite,& thorace continentur, niſi in caſu urgenti, ut in apoplexia, &c.

Præterea abſtinendum etiam ab iis, in cerebri defluxionibus,oculorum affectibus, ulceribus narium, in obnoxiis vertigini, hæmorrhagiæ, &c.

Non eſt iis utendum priuſquam corpus ritè ſit expurgatum,niſi ut dictum

eſt in caſu urgenti ; quia univerſalia ſunt præmittenda particularibus, ne pleno aut adhuc onuſto exiſtente corpore, per agitationem humorum fiat major in caput effuſio.

CAPUT II.

De Errhinis.

ERrhina liquida ſunt medicamenta, quæ vel ex ſolis aquis, ſuccis, decoctis, aut ſimilibus; vel ab iiſdem, & pulveribus mixtis parata, inſpirando in nares attrahuntur.

Uſus eſt multiplex.

1. Ad purgandum cerebrum à craſſis & viſcidis humoribus, ut.

℞. Fol. major. ſalviæ, beton. an. M. ß. terantur affuſo vino albo, & aquâ betonicæ, an. ad ℥. iv. Expreſſi liquoris tepidi prono capite, & aquâ ore pleno naribus attrahe q. ſ. ter aut quater, manè jejuno ventriculo.

Vel

℞. Succ. major. & betæ cum vino albo expreſſorum ℥. iij. fiat errhinum: de quo, &c.

2. Ad temperandum ardorem acrem narium, cerebri in febribus, aut fluxionibus acribus.

℞. Lactis caprilli recenter emulcti ℥. iij. attrahat frequenter naribus inſpirando.

Vel

℞. Aquæ roſ. plantag an. ℥. ij. fiat errhinum.

In omni phrenitide, omníque delirio à cauſa calida.

℞. Fol. lact. ſolan. papav. rhœad. an. M. ß. flor. nymph. p. i. fiat decoct. Colat. ad ℔. ß. utatur pro errhino.

3. Ad ulcera narium tergenda.

℞. Decocti hord. ℥. iv. mellis vel ſyrupi roſ. ℥. j. ß. fiat errhinum.

Vel

℞. Hord. integr. p. j. fol. plantag. abſinth. an. M. ß. florum hyper. p. j. fiat decoct. Colat. ad ℔. ß. diſſolv. mellis roſ. ℥. i. ß. fiat errhinum, &c.

4. Ad ſiccandum, & adſtringendum, deterſo ulcere.

℞. Fol. plantag. verbaſc. an. M. i. cortic. mali granat. ʒ. iij. roſ. rubr. p. i. fiat decoct. Colat. utatur pro errhino.

5. Ad hæmorrogiam ſiſtendam.

℞. Boli armen. terræ ſigill. ſang. drac. & pilor. lepor. an. ʒ. j. miſce cum ſucco urticæ, vel cum ovi albumine, fiant tentæ aut penicilli naribus immittendi.

7. Ad narium fœtorem.

℞. Aq. roſ. naphæ, an. ℥. i. ß. aquæ major. ℥. i. moſchi, gr. ij. vel in mulieribus garyophyll. pulver. ℈. i. miſce pro errhino.

Similiter in aliis affectibus narium, ut polypo, ulceribus fœtidis &c. poteſt parari errhinum ex appropriatis, præmiſſis in omnibus ſufficienter univerſalibus.

CAPUT III.

De Maſticatoriis.

Maſticatoria ſunt medicamenta, quæ ore mandendo, & atterendo, pituitam è capite per oſſis ſphenoidis meatum in palatum evocant.

Maſticatoria dicuntur, quia manducantur; à Græcis verò Apophleg-

matiſmi, quia phlegma per os expurgant.

Præſcribuntur, vel in nodulo, vel in maſſa ex pulveribus excerptis, mucilagine aliquâ &c. vel per ſe ſimpliciter ex fol. lauri. beton. ſalviæ, nicotian. radic. pyrethri, ireos noſtratis, & ſimilibus, quæ vel per ſe ore maſticantur, vel nodulis includuntur.

Uſus eſt, in repletione cerebri pituitoſa, in affectibus dentium, aurium, & oculorum à fluxione ſeroſi humoris, in ſoporoſis quoque affectibus.

Vulgare ex foliis eſt nicotianæ, vel betonicæ, vel lauri, pyrethri, &c. Vel

℞. Radic. pyrethr. ʒ. ſs. maſtich. ʒ. i pulveriſa craſſo modo, & include in panno lineo, fiátque nodulus per ſemihoram manè jejuno ventriculo prono capite maſticandus.

℞. Caryophyll. & zinzib. an. ℈. i. ſtaphyſag. ʒ. ſs. fiat nodulus maſticandus manè.

Qui obnoxii ſunt deſtillationi in fauces, & pulmones, ulceribus oris, tabi, hæmoptyſi, abſtineant à maſticatoriis; non eſt enim movenda,

fluxio in partes malè diſpoſitas, & debi-les, cum periculo majoris incommodi.

CAPUT IV.

De Gargariſmate.

GArgariſma eſt remedium formâ liquidum, quod ore contentum diu circa fauces agitatur.

Uſus multiplex eſt.

1. Ad trahendam pituitam è cerebro, palato, faucibus, corpore ante remediis univerſalibus convenienter expurgato.

℞. Radic. pyrethri & galang. an. ℥.iij. liquirit. ʒ.i. ſs. fol. ſalviæ, majoran. hyſſ. an. M. i. ſemin. ſtaphyſagr. ʒ.i. paſſul. purgat. paria iij. flor. ſtœchad. p. i. fiat decoct. in aqua. Colat. ad ℔. i. diſſolve oxymel. ſcillit. ℥. iij. fiat gargariſma, quo utatur manè jejuno ventriculo, os colluendo per ſemi-horam.

2. Ad ſiſtendam inflammationem oris.

Gargariſma adſtringens, & repel-

lens in principio fluxionis, & inflammationis.

℞. Oxycrati ℔. ß. utatur pro gargariſmate.

Vel

℞. Aquar. plantag. roſ. caprifol. an. ℥. ij. ſalis prunel. ʒ. i. diamor. ℥. i. miſce, fiat gargariſma.

Vel

℞. Fol. plantag lactuc. burſæ paſtoris, an. M. i. ſummit. rubi, & roſar. Rubr. an. p. i. fiat decoct. Colat. ad ℔. i. adde aceti roſati ℥. ß. fiat gargariſma.

In progreſſu miſcenda ſunt lenientia, ut liquiritiæ, paſſulæ, mel violatum.

In declinatione gargariſma detergens & reſolvens.

℞. Fol. agrim. hyſſopi, an. M. i. liquirit. contuſ. ʒ. iij. paſſul. purgat. par. iij. hordei integri, p. i. fiat decoct. Col. ad ℔. i. diſſolve mellis roſati ℥. ij. fiat gargariſma.

3. Ad ulcera oris, & faucium detergenda, & dolorem leniendum.

℞. Fol. plantag. agrim. burſæ paſtoris, an. M. i. hordei integri, p. i.

fiat decoctio. Colaturæ ad ℔.i.diſſolve mellis roſati, vel ſyrupi de roſis ſiccis, ℥. i.j. fiat gargariſma.

4. Ad dolorem dentium.

℞. Radic. pentaphil. cyperi, an. ℥. *ſs.* fol. hederæ M. i. roſar. rubr. i. fiat decoctio in oxycrato, vel in aqua & vino rubro: Colaturâ utatur pro gargariſmate, & lotione gingivarum.

5. Ad ardorem & acrimoniam oris temperandam, in febribus, vel in ſalivatione ab hydrargyroſi.

℞. Lactis, vel ſeri lactis ℔. *ſs.* utatur pro lotione oris.

Vel

℞. Decocti pulli ℔. *ſs.* ad eundem uſum.

Vel

℞. Emulſionis amygdalar. dulcium extractæ cum aqua hordei, ℔. *ſs.* ſyrupi violati ℥.i. fiat gargariſma.

Vel

℞. Decocti hordei ℔. i. diamori ℥. ij. miſce, &c.

CAPUT V.

De Injectionibus.

INjectio generaliter idem ſignificat ac enema, in ſpecie verò eſt illud omne remedium liquidum, quod per ſyringam in quaſcunque partes internas immittitur.

Materia injectionis pro variis partibus & affectibus diverſa eſt. Paratur ex liquoribus, ſuccis, aquis, decoctis; vel ex ſolis oleoſis; vel ex pluribus eorum ſimul mixtis.

Uſus multiplex eſt pro variis partibus & morbis.

1. In aurium affectibus, ad dolorem & inflammationem mitigandam.

♃. Lactis recenter emulcti ℥. ii. liquoris albumin. ovi agitati detractâ ſpumâ ℥. ſs. miſce, fiat tepidè injectio in aurem.

Vel

℞. Succi lactuc. & ſolani, an. ℥. ſs. olei amygdal. dulc. ſine igne extract. ℥. ſs. miſc. fiat injectio.

Si rumpatur abſceſſus, paranda injectio detergens.

℞. Decocti hordei ℥.iv, mellis roſ. ℥.i. miſce, fiat injectio.

Quando materia eſt craſſa & frigida.

℞. Succi apii & porror. an. ℥. i. mellis roſati ℥. ſs. fiat injectio, &c.

Ad gravem auditum.

℞. Olei aniſi arte chymicâ extracti, vel garyophyll. gutt. iv. per ſe, aut cum oleo amygdal dulcium vel amar. aut cum pauco lacte fiat injectio.

2. In thoracis morbis, & vulneribus, pro empyemate, & vulneribus pectoris, ad pus detergendum.

℞. Hord. integr. p. i. fol. agrim. hyſſ. plantag. pimpin. an. M. liquirit. raſæ ℥. ij. flor. hyper. p. i. fiat decoct. Colat. ad ℔. i. diſſolve mell. roſ. ℥. ij. fiat injectio.

3. In uteri affectibus.

Injectio fit in uterum per ſiphonem, qui metrenchyta dicitur, pro virginibus nuſquam præſcribenda, pro puerperis & recenter enixis doſis pro unâ vice eſt ad ℥. vi. pro cæteris ad ℥. iij. vel iv.

Ad dolorem & inflammationem ſedandam.

℞. Aq. plantag. ſolan. an. ℥. iij. fiat injectio.

Vel

℞. Succi plantag. ſolan. an. ℥. iij. mucilag. ſem. cydonior. pſyllii extractæ in aqua plantag. ℥. i. ſs. miſce; fiat injectio.

Vel

℞. Folior. lact. plantag. ſempervivi an. M. i. flor. nymph. p. i. fiat decoct. Colat. ad ℔. ſs. diſſolv. ſalis prunell. ʒ. i. ſs. fiat injectio.

Ad tumorem uteri œdematoſum, vel ſchirroſum.

℞. Rad. alth. & lilior. an. ℥. i. fol. malvæ, parietar. artem. an. M. i. ſem. lini, altheæ, an. ℥. ſs. flor. camomill. p. i. fiat decoct. in aqua & vino albo, vel in jure omaſorum. Colaturæ ad ℔. i. diſſolve olei lilior. & camom. an. ℥. i. ſs. fiat injectio.

4. Ad ulcus detergendum.

Si adſit acrimonia, ardor, dolor.

℞. Decocti hordei & ſeri lactis an. ℥. iij. mellis Roſati ℥. i. ſs. miſce, fiat injectio pro una vice ſæpe iteranda.

Si Ulcus ſit ſimplex:

℞. Hordei integri p. i. fol. agrim. plantag. ſanicul. an. M. j. flor. hyperic. p. j. fiat decoct. Colat. ad ℔. i. diſſolve mel roſ. ℥. ij.

Si ulcus ſit ſordidum, & multis ſcateat excrementis, injectio neceſſaria eſt efficaciùs detergens, modò non adſit dolor, vel hæmorrhagia, quæ à detergentibus acribus augerentur.

℞. Rad. ireos Florent. gentian. an. ʒ. iij. fol. agrim. plantag. abſynth. & marrub. an. M. i. flor. hyper. p. i. fiat decoct. in ſero lactis vel hydromelite. Colat. ad ℔. i. diſſolve ſucci apii, & mell. roſ. an. ℥. i. ſs. fiat injectio.

℞. Aquæ vel decoct. agrim. ℥. iij. ſalis Jovis ʒ. ſs. fiat injectio.

Ad provocandos menſes in frigidis, & obeſis; tum ad deterſionem, quando pituitoſis humoribus ſordet uterus.

Utendum pro injectione aquis thermalibus, quales ſunt Balerucanæ, præmiſſis ſufficienter univerſalibus.

5. In veſicæ, & penis morbis.

Nota, non eſſe præſcribendam injectionem, niſi priùs redditâ urinâ depleatur veſica.

Ad dolorem leniendum ab acrimoniâ, calculo, &c.

♃. Aquæ hord. ℥. iij. olei amygdal.dulc.recenter extracti ℥.i.ſs.miſce, fiat injecto.

Poteſt parari ex lacte tepido cum aqua hordei; vel ex mucil.ſemin.alth. pſyllii extract.cum aqua ſolani & lilior. ſi adſit inflammatio.

♃. Aquæ plantag. ſolan. an. ℥. iij. camphoræ gr. iij. fiat injectio.

Vel

♃. Fol. ſemperv. lactuc. an. M. i. hordei integr. & flor. nymph. an. p.i. fiat decoct.Colat.ad ℔.ſs.diſſolv.ſalis prunell. ʒ. i.ſs. fiat injectio.

Ad ulcus detergendum.

♃. Hord. integr. p.i. fol. plantag. ſanicul. millefol. & abſynth. an. M.i. ſummit.hyperic. & roſar. rub. an. p.i. fiat decoct.colat ad ℔.i diſſolv.mellis roſ. ℥. ij. fiat injectio.

Si ulcus ſit depaſcens, & fœtidum: ſæpe etiam utere ſequenti injectione.

℞. Aquæ plant. ℥. iv. collyr. Lanfranci ʒ. ſs. unguenti Ægyptiac.

℥. ß. vel præcipitat. rubri ℈. ij. fiat injectio.

Si Ulcus ſordidum ſit, & ſcateat plurimis excrementis, interdum magis detergentibus, qualia ſuprà dicta ſunt in ulcere uteri, ſed fieri debet decoctio in aqua & vino albo; vel ſi magis roborandum ſit, in vino rubro.

Sæpe etiam interjicienda, ſequens injectio.

℞. Præcipitati rubri ʒ. ß. vel unguenti ægyptiaci ℥. ß. aquæ plantag. ℥. iij. fiat injectio.

Nota, quòd aliquando cum prædictis ulceribus adſit inflammatio, vel intemperies calida inſignis, vel tumor aliquis calloſus: quo tempore non eſt agendum nimis exſiccantibus, & calidis, ſed temperatis, anodynis, & refrigerantibus, dum præſcribuntur univerſalia alterantia, & evacuantia.

Ad exſiccandum, & conſolidandum, paratur ex modicè adſtringentibus, & exſiccantibus, ut

℞. Rad. ſymphyti major. biſtort. an. ℥. i. fol. plantag. equiſeti, polygon. an. M. i. granor. ſumach, plan-

tag.an. ʒ. ij. ſummit. hyper. & roſar. rubr. an. p. i. fiat decoct. colatur. ad ℔ i. diſſolv. ſyrup. de roſis ſiccis ℥.ij. ſalis Saturni ʒ. i. fiat injectio.

Sæpe etiam diſſolvi poſſunt in ℥. iv. prædicti decoct. trochiſcor. Gordonii ʒ. ij.

6. In ulceribus profundis, vel etiam fiſtuloſis cæterarum partium, & cavitatum, quando detergendum & exſiccandum.

℞. Radic. gentianæ, rhapont. & ariſtoloch. rotund. an. ʒ. iij. fol. pimpin. ſcabioſ. bugulæ, an. M.i. pulv. cancr. fluviatilium in nodulo poſiti ʒ. ij. roſar. rubr. M. ß. coque in vino albo ad ℔.i. quo decocto fove ulcera, ter aut quater in die, & ex eo fiat injectio in fiſtulas per ſyringam.

Si ulcus ſit ſordidum, diſſolve in parte ejuſdem decocti collyrium Lanfranci, Ægyptiacum, præcipitatum rubrum, ut ſuprà.

CAPUT VI.

De Peſſario & Naſcali.

PEſſarium eſt remedium formà ſolidum oblongum, & rotundum, ad figuram & molem digiti compoſitum, quod in vulvam muliebrem immittitur.

Componitur ex variis remediis ſecundùm diverſas intentiones, fitque tribus modis.

1. Vel ex goſſypio in prædictam figuram concinnato; oleis vel unguentis convenientibus peruncto.

2. Ex panno lineo aut ſericeo, in quo includitur materia remedii.

3. Ex ipſis pulveribus, cæteriſque in formam ſolidam compactis. Debet cuilibet peſſario filum appendi, ut extrahi poſſit.

Nunquam virginibus immitendum, ne frangatur virginitatis clauſtrum. Cæteris nuſquam, niſi quando maximè neceſſarium, ob pudoris & pollutionis periculum.

Priuſquam immittatur, alvus ſubducenda eſt, & excludenda urina. Oportet etiam ut præmiſſa fuerint univerſalia.

Uſus eſt.

1. Ad purgandos ſeroſos humores, & pituitoſos, quando his ſcatet uterus; & ad menſes movendos.

℞. Hieræ picræ & benedict. laxat. an. ℥.i. pulv. diacarth. & myrrhæ, an. ʒ. *ſs.* Terebinth. ʒ. iij. ſucci mercurial. q. ſ. excipe cotone moſchato, & panno ſericeo cum filo pendulo, fiant duo peſſaria.

2. Ad ſecundinas expellendas.

℞. Pulv. ariſtoloch. dictamni, & ſabinæ, an. ʒ. i. pulv. hieræ picræ ʒ.ii. caſtor. gr. ij cum melle cocto fiat peſſarium.

In præfocatione ab utero à cauſa frigida.

℞. Ladani ʒ.ii. Galliæ moſch. ʒ. i. macis & cinam. an. ℈. i. moſchi gr. i. therebinth. q. ſ. excipe bombace, & fiat peſſarium.

3. Ad exſiccandum & roborandum uterum humidiorem, pro faciliori conceptu.

℞. Ladani & benjoin. an. ʒ. ii. ſtyracis calam. & maſtich.an.ʒ. i. reducantur in pulverem, & cum mucilagine gummi tragacanthi extracta cum aqua flor. aurantior. Fiat peſſarium, &c.

In gracilibus,& calidis, quæ fluxum menſtruorum largiorem patiuntur, utendum frigidis exſiccantibus, & roborantibus. Ut

℞. Maſtich. roſar. rubr. & gran. Kermes, an.ʒ.i. ß.ſantali rubri pulv. ʒ. i. ligni rhodii ʒ.ß cum mucilagine gummi tragacant. extractâ cum aqua roſar. fiat peſſarium.

Pro utero calido & laxiori cervice, ſuperadde prædicto peſſario,trochiſc. de terra ſigillata, boli armen. an. ʒ. i.

Pro ulceribus uteri,colli & cervicis, ad detergendum.

℞. Unguenti apoſtol. ℥. i. mellis roſ. q. ſ. cum panno ſericeo fiat peſſarium.

Vel

℞. Mellis roſati ℥. ß. therebinth. ℥. ß: pulv. rad. ireos. Florent. ʒ. i.

farinæ hordei ℥.i. cum ſucco apii, & panno lineo raro fiat peſſarium.

4. Ad exſiccandum, & cicatricem inducendam.

℞. Tuthiæ lotæ ℥. ß. ceruſæ, ſarcocoll. lithargyr. auri, an. ʒ. ij. ſyrup. de roſis ſiccis, q. ſ. fiat peſſarium.

Naſcale eſt remedium, quod pro peſſario ori vulvæ virginibus admovetur.

Fit ex medicamentis ſimplicibus, vel compoſitis, appropriatis, quæ goſſypio, vel linteo excipiuntur in plumaceoli modum, & ori vulvæ pro ulceribus, aliiſque ipſius affectibus admovetur.

PARS III.

De Roborantibus.

POSTQUAM in morbis univerſalibus & particularibus, quidquid præter naturam eſt, alterando & purgando deſtruximus, relictam omnibus, vel pleriſque partibus imbecillitatem corrigere oportet roborando. Proquo.

Nota 1. Robur partium conſiſtere in propria & ſibi naturali temperie. 2. In ſubſtantiæ modo cuique peculiari. 3. In influxu ſpirituum à corde ſecundùm copiam, & qualitatem convenienti, v. g. ut hepar ſit naturaliter robuſtum, debet eſſe modicè calidum & humidum, leviter adſtrictum, & neceſſario ſpirituum affluxu perfuſum. Sic quæ ipſum roborant ſunt 1. Modicè calefacientia; vel ſi nimis calidum ſit, refrigerantia ſecundùm gradum exceſſui debitum. 2. Leviter adſtrin-

gentia, ut tonum ipſius conſervent. 3. Spiritûs vitales nutrientia.

Nota 2. quòd, quamdiu morbus, & cauſa ipſius materialis perdurant, non ſit ſimpliciter utendum roborantibus, quia cùm ſint adſtringentia, retinerent excrementa in parte affecta; tunc enim ſolis alterantibus & evacuantibus utendum, immixtis roborantibus ſolùm in longis, aut acutiſſimis affectibus, in quibus à continua vehementi cauſarum agentium vi, robur tonúſque partium infringitur.

Nota 3. id audiendum eſſe de roborantibus particuliaribus, nam ea, quæ reſpiciunt generalem œconomiam, qualis eſt cordis ad omnes partes, omni morbi tempore neceſſaria ſunt. Talia etiam ſunt, quæ reficiunt ſpiritus, ut juſcula, aliúdque alimentum conveniens; ea quoque ſpiritus ab impuris vaporibus liberant, & conſervant, ut cardiaca; quæ etiam cordis intemperiem corrigunt, aut debitam conſervant, ut alterantia ſpecifica.

Nota 4. quòd quando ſimpliciter roborandæ ſunt partes, id ſolùm agendum ſit in declinatione morbi, aut

poſt ipſam, ne ut dictum eſt, ſi priùs ſolis roborantibus utamur; excrementa, quæ in parte ſunt, retineantur.

Ideò in hac parte, 1. agemus de roborantibus cordi debitis; quæ quia reſpiciunt univerſam corporis œconomiam, generalia vocamus. 2. De iis quæ cuilibet parti, aut pluribus ſimul roborandis conveniunt, quæ particularia nuncupamus.

SECTIO I.

De Generalibus Roborantibus.

GEneralia Roborantia licèt dici poſſint particularia, quia cordi potiſſimùm dicantur; generalia tamen vocantur ab effectu, quia univerſalis eſt ſpirituum, qui in eo generantur, influxus; à quo pendet robur, & vita omnium partium.

Diverſa ſunt hæc Roborantia, prout affectus cordis calidi aut frigidi ſunt.

CAPUT

CAPUT I.

De Roborantibus cor in calidis affectibus.

USus eſt in febribus, palpitatione, animi defectu, cæteriſque caſibus; quando præſens eſt, vel timetur futura virium imbecillitas.

Confectio hyacinthor. ad ʒ.ß. vel ʒ. j. in juſculo, vel in liquore, ſeu aqua cardiaca frigida bugloſ. borrag. roſar. &c.

Pulvis confect. hyacinth. ad ℈. ß. vel ℈.j.

Pulvis diamargarit. frigidi ad parem doſin.

Sumuntur, vel cum juſculo, vel cum aquis prædictis, aut in alternis juſculis, vel poſt ipſa.

Sint hæc, pro mulieribus obnoxiis paſſioni hyſtericæ, ſine moſcho & ambara.

Tabellæ manus Chriſti cum perlis & confect. hyacinth. præſcribuntur ad ℥. ij. quarum una & altera

ponitur ſæpe in ore, vel diſſolvitur in juſculis.

Perlæ præparatæ, vel magiſterium perlarum, corallorum præſcribuntur ad ℥.i. ß.de quo pulvere ſumitur ℈. i. in juſculo bis, aut ter in die; vel fit pulvis compoſitus ex perlis præparatis; & magiſterio corallorum; qui exhibetur ad doſim eandem, ſcilicet ad ℈. i. in alterno juſculo, vel bis in die.

In magna virium imbecillitate poteſt præſcribi ambra griſæa ad gr. ij. vel iij. cum pauco juſculo pro una vice.

Gelatina cornu cervi parata cum pauca aqua roſarum ſine moſcho, ambara, & aromatibus, de qua ſumitur cochlear unum, & alterum per ſe, vel diſſolvitur in alternis juſculis.

Ius Caponis per deſcenſum extractum, quod facilè ſequenti modo paratur.

℞. Caponem optimum, depluma & expurga ab interaneis, divide in fruſta, à quibus pinguedo, & pellis detrahantur: pone in olla vitreata optimè clauſa, & lutata cum farina aqua ſubacta, appone in balneo Mariæ, &

bulliant per ſex vel octo horas. Ius exprimitur limpidum, de quo cochlearia duo ſumuntur per ſe, vel cum juſculis alterantibus ter in die.

Sæpe etiam roborantia immiſcentur alterantibus, julepis, emulſionibus, decoctis. De quibus vide in proprio capite.

In forma potionis.

℞. Aquar. bugloſſi, borrag. an. ℥. iij. confect. hyacinth. & ſal. prunell. an. ʒ. ß. pulveris diamargariti frigidi ℈. i. ſyrupi limonum ʒ. i. miſce: capiat uno hauſtu, vel in duas vices.

℞. Conſervæ flor. bugloſſ. & roſar. an ℥. vi. aquar. bugloſſ. borrag. acetoſ. an. ℥. iij. ferveant & parum bulliant; Expreſſioni diſſolve confect. hyacinth. ʒ. i. ſyr. limon. ℥. i. fiat potio, de qua duo cochlearia ſumantur inter duo juſcula.

In alvi fluxu bilioſo, cholera, vomitu &c.

℞. Conſer. roſar. ℥. ij. aquar. plantag. portul. roſar. an. ℥. ij. ferveant & parum bulliant. Expreſſioni diſſolve confect. hyacinthorum ʒ. i. pulveris triaſantali ℈. i. ſyrupi granat. ℥. i. ſpi-

Confectio alkermes ad ʒ.ß. vel. ʒ.i. per ſe, vel cum juſculo, vel cum aqua florum aurantiorum.

Pulvis diamargariti calidi, exhilarans Galeni, diambræ, de gemmis ad ℈. ß. vel i. Spiritus volatilis viperar. ad gran. xv. Theriacalia, cæteraque, de quibus vide cap. 4. de cardiacis in caſu frigido.

In forma opiatæ.

♃. Conſervæ flor. anthos, & corticum citri ſaccharo conditi, an. ℥.i. confect. alkerm. ʒ i. magiſterii ambræ griſeæ ℈.i. vel ejus defectu pulv. diambræ ʒ. ß. ſalis cardui benedicti & abſynthii an. ℈.ij. cum ſyrupo Byſantino, vel conſerv. corticum citri fiat opiata. Doſis eſt ʒ. i. per ſe, vel cum vino, aut juſculo.

Tabellæ confectæ ex confectione alkermes, ambara, eſſentia cinnamomi.

Vel

℞. Sacchari albi ℥.ij. redde fluidum cum pauca aqua cinnamomi, deinde adde ſpiritus vitrioli guttas aliquot, eſſentiæ cinnamomi guttas iv. eſſentiæ aniſi & nucis moſchatæ, an. gutt. ij. M. f. tabellæ, quibus utatur per ſe, vel in juſculis.

Accedunt topica epithemata liquida, ſolida, pulli columbini per medium ſecti, linimenta ex confectione alkermes, balſamo Peruviano pro corde: ſacculi ex aromatibus in vino madefacti pro ventriculo: pro arteriis carpi, naribus, teſtibus confect. alkerm. in pauco vino diſſoluta. De quibus vide ſuprà, in cap. cuique proprio.

SECTIO II.

De Roborantibus particularibus.

HÆc cerebro, hepati, lieni, utero, cæteriſque partibus officialibus, ſecundùm varios affectus, deſtinantur.

CAPUT I.

De Roborantibus cerebrum in morbis calidis.

COnfectiones, Tabellæ, pulveres, & reliqua] in capite de

roborantibus cor in calidis affectibus deſcripta.

Ex uſu ſunt etiam in morbis calidis capitis; inter quos, in ſopore ſymptomatico, motibus convulſivis febribus ſupervenientibus, urgente virium imbecillitate, uſurpatur.

Ambra griſæa optima.

Magiſterium ambræ griſææ ad gr. ij. vel iij. in juſculo, vel aquis ſcabioſ. card. bened. papaver. rhœados.

Pulvis contra ſpaſmum à ℈. ß. ad ℈. i. quo etiam utimur in febribus malignis, in morbis convulſivis, vermibus, & epilepſiâ laborantibus, bis aut ter in die.

In forma julepi, emulſionis, apozem. Vide quæ deſcripta ſunt cap. de cephalicis à cauſa calida.

In forma opiatæ.

℞. Conſerv. roſar. & nymph. an. ℥. i. confect. hyacinth. ʒ. i. pulv. diamargarit. frigidi, & elect. de gemmis, an. ʒ. ß ſalis prunell. ʒ. i. eſſentiæ roſarum ℈. i. ſyrup. violat. q. ſ. fiat opiata, de qua capiat ʒ. i. ß. veſpere & manè.

In contumacibus vigiliis laudanum

opiatum, ad gr. i. vel ii. miſceri poteſt cum doſi veſpertina prædictæ opiatæ, & iterari quando opus videbitur.

In morbis frigidis cerebri.

Theriaca vetus.

Mithridatium.

Confectio alkermes ad ʒ.ß. vel ʒ.i. pulvis diambræ, magiſterium ambræ griſææ, diamoſchi dulcis, cæteráque.

Extracta & Theriacalia, quæ capite de cardiacis, & cephalicis in morbis frigidis deſcribuntur.

In forma Julepi.

℞. Aquar. Beton. meliſſæ an. ℥.ij. ß. aquæ naphæ. ℥.ß. Theriacæ veteris ʒ.ß. miſce, fiat julepus. Exhiberi poterit gravidis epilepſiâ laborantibus ſympathicâ, addendo etiam, ſi febris non inſit, caſtorei gr. ij.

Eſſentia cinnamomi, aniſi, garyophyll. alterutra ad gutt. iv. vel vi. vel aqua cinam. imperialis, ad cochlear. 1.

Eſſentia, tinct. aut lac ambræ griſææ, ſal volatilis cranii humani, ſal fixus, ſpiritus quoque, & oleum ejuſdem ad ℈. ß. vel ℈.i.

In forma apozematis, vide cap. de cephalicis.

In forma opiatæ.

℞. Conſervæ flor. anthos & corticis citri, an. ʒ. vi, conſervæ flor. pæoniæ & cichorii, an. ℥. ß. confect. alkerm. & theriacæ veteris, an. ℈. ij. ungulæ alces & raſuræ cranii humani præparati, an. ʒ. i. ambræ griſeæ, gr. x. cum ſyrupo de ſtœchade fiat opiata: de qua capiat bis aut ter in ſeptimana ʒ. ij. manè, ſuperbibendo parum aquæ vino dilutæ. Prodeſt paralyticis, apoplecticis, epilepticis, quando poſt univerſalia, roborandum eſt cerebrum.

Ad caput Roborandum in calida, & frigida cauſa, uſus jam invaluit potûs chocolates, cophée, & herbæ thé, de quorum uſu vide quæ de his dicta ſunt c. 9. §. 3. part. 1.

Topica Roborantia præſcribuntur.

In forma ſuffitus, de quo vide cap. 4. de alterantibus & Roborantibus externis.

In forma pulveris.

℞. Pulveris ireos Florent. ʒ. iij. ligni Rhodii & ſem. pæoniæ, an. ℥. ß. ſtyracis & benjoin. an. ʒ. ij. fiat omnium pulvis tenuiſſimus, capillis inſpergendus hora ſomni, & manè pectine excutiendus.

Ex ejuſdem pulveris ℥. iij. & pulveris cancrorum fluviatilium exſiccatorum in furno ℥. vi. poteſt fieri cucupha interpuncta, excipiendo prædicti pulver. q. ſ. pauco cotone, & includendo in panno ſerico, pileo aſſui poteſt, vel in forma calanticæ geſtari, præſertim hyeme.

CAPUT II.

De Roborantibus ſtomachum.

Vide cap. 5. ſect. 2. Partis primæ de ſtomachicis.

CAPUT III.

De Roborantibus hepar.

In cauſa calida, intemperie, obſtructionibus, Rheumatiſmo, atonia, hydrope, inflammatione &c. hepate reddito inſigniter debili, poſt univerſalia, vel etiam dum adhibentur. Debent eſſe prædita non ſolùm vi

roborante, ſed refrigerante; & ſi morbus fuerit cum obſtructionibus, etiam aperiente; ſi cum vaſorum laxitate ſine obſtructionibus, magis adſtringente.

Pleraque ex ſequentibus ſumuntur per ſe, vel in forma boli, opiatæ, tabellæ, decocti: de quibus vide in proprio cujuſque capite, & cap. de aperientibus hepaticis à cauſa calida.

Confect. hyacinth. ad ʒ. ß.

Sal cichor. abſynth. agrim. ad ℈. ß. vel ℈. i. trochiſci de Rhabarb. de corallis, de ſpodio, ad ʒ. ß. vel ℥. i.

Electuarium diatriaſantali, diarrhodon abbatis.

Magiſterium corallorum, perlarum, ad ʒ. ß.

Syrupus de corallis, ad cochlearia ii. manè per 4. aut 5. dies.

Tinctura corallor. ad ℥. ij manè die ſingulo, vel ter in hebdomada.

Tinctura roſar. ad cyathum unum bis aut ter in die.

Proſunt hæc hepati reddito debili in prædictis affectibus, ſed præſertim in diarrhœa, dyſenteria.

Conſervæ flor. cich. roſar. fructuum

cynorrhodonis, in forma boli. Vel

℞. Conſervæ fructuum cynorr. ʒ. ij. conf hyacinth. ʒ. ß. ſal. cichor. vel magiſt. corallorum ℈. i. capiat manè jejuno ventriculo per tres aut quatuor dies continuos, vel ter in ſeptimana, ſuperbibendo parum aquæ cichor. prodeſt in prædictis affectibus, tum etiam in longo hæmorrhoidum fluxu.

In forma opiatæ.

℞. Conſer. flor. cichor. & cynorrhod. an ℥. i. confect. hyacinth. ℈. iv. magiſterii tartari & corallorum, an. ʒ. i. ſal. abſinth. & pulv. triaſant. an ℈. i. cum ſyrupo de capill. ven. vel de cichor. ſimplici, fiat opiata; de qua capiat. ʒ. ij. manè duabus horis ante juſculum, ſuperbibendo cyathum aquæ cichor. vel decocti cynorrod. vel in is qui debili ſunt conſtitutione, parum aquæ vino dilutæ.

Convenit omnibus affectibus longis hepatis cum obſtructionibus, poſt univerſalia.

In forma tabellæ.

℞. Elect. triaſant. quadruplicato. Rheo. ʒ. iij. ſacchari in aqua cichor. ſoluti ℥. iij. fiant tabellæ: capiatur ʒ. i. ß. ſingulo manè.

Similiter componi poſſunt ex trochiſcis de rhab. de cornu cervi, de corallis &c.

Vel

℞. Elect. triaſantali quadruplicati ʒ. iij. magiſterii corallorum, ʒ. j. ſal. abſynth. ʒ. ß. ſacchari in aqua roſar. ſoluti ℥. iv. fiant tabellæ. Doſis eſt ad ʒ. ij. ſingulo manè, ſuperbibendo parum aquæ.

Præparatio tincturæ, & ſyrupi corallorum apud Quercetanum, & alios chymicarum operationum ſcriptores videri poteſt.

Hepar roborantia in cauſa frigida ſunt

Extractum ſeu ſal abſynthii, centaurei zedoar. gentianæ.

Elixir, eſſentia, tinctura, aut lac ambræ griſeæ.

Trochiſci de rhabarb. de abſynth. de eupatorio.

Electuarium diambræ, aromaticum roſatum, diarrhod. abbatis.

Confectio alkermes, hyacint. Theriaca.

Conſervæ capill. ven. abſynthii, corticum citri, quæ tradi poſſunt vel per

ſe, vel in forma opiatæ, tabellæ, boli juxta mox ſcripta exempla, vel in decoctis; de quibus vide caput de apozemate, & de hepaticis in cauſa frigida.

Sequens decoctum commendatur à Galeno, pro roborando hepate in hydrope, convenit maximè in cauſa frigida. Sic traditur correctum.

℞. Paſſular. Corinth. mund. ℔. ß. coque in vino generoſo ad pultis conſiſtentiam, contunde, & per ſetaceum traiice, permiſce conſervæ fol abſynth. & cortic. citri. conditi, an. ℥. ß. pulveris aromat. roſ. & diamargar. frig. an ʒ. ſs. magiſter. ambræ griſææ ℈. ß. fiat electuarium molle. Doſis eſt ad ʒ. ij. ſingulo manè, vacuo ab uſu alterius remedii, ſuperbibendo parum aquæ vino dilutæ.

Poterius in Pharmacopæa ſpargyrica, commendat remedium ſequens.

℞. Conſerv. roſar. ℥. j. ſpecifici ſtomachici, ſeu antimon. fixi ℈. ij. croci martis aperientis ʒ. iij. olei vitrioli ʒ. j. cum ſyrupo capillor. ven. fiat opiata. Doſis eſt ad ʒ. j. ſingulo manè.

Topica roborantia, tam in cauſa ca-

lida, quàm frigida, vide in cap. de epithemate, fomento, linimento.

CAPUT IV.

De Roborantibus lienem.

QUæ roborant lienem pariter conveniunt viſceri debili, calido, vel frigido. Debent omnia miſceri cum aperientibus, quia ferè omnes lienis morbi à terreno humore melancholico perveniunt, unde obſtructio, inflammatio, ſcirrhus, & alii morbi melancholici oriuntur.

In cauſa calida.

Eadem ſunt, quæ bili aduſtæ conveniunt, ut præparantia, de quibus cap. de apozemate, & de ſplenicis.

Roborantia tam in cauſa calida quàm modicè frigida, ſunt

Sal abſynthii, fraxini, tamariſci.

Extractum aloës, myrrha, crocus.

Tartarum vitriolatum, chalybs præparatus, ſal martis, armoniacus.

Spiritus urinoſus ſalis armoniaci, & cætera, quæ ex diureticis ſuprà deſ-

criptis, & ex cap. de ſpleniticis repetenda.

Ex his formantur pilulæ, boli, opiatæ, tabellæ: de quibus vide caput cujuſque, additis quæ magis ſpecifica videbuntur.

CAPUT V.

De Roborantibus uterum & veſicam, & ad partes naturales ab infarctu liberandas.

NOn eſt, poſt univerſalia alterantia aperientia, & evacuantia ſufficienter adhibita, remedium convenientius aquis Thermalibus ſalſis ſulphureis, nitroſis, bituminoſis. Laudantur Balerucanæ ſalſæ & parum ſulphureæ, aut aliæ his non multum diſſimiles; quarum uſus per triduum eſt, in potu primo die ad decem aut duodecim cyathos. 2. ad quindecim. 3. ad octodecim, plus minus, pro ætate & ægri tolerantia. Subſequi debet levis purgatio ad aquas eliciendas, quæ ſupereſſe poſſunt.

PARS IV.

ET ULTIMA.

De Lenientibus & Paregoricis.

DUPLEX in morbis curatio inſtituitur, 1. Regularis, dum procedimus à cauſis ad morbum. 2. Irregularis, cùm non attendendo ad cauſam & morbum, urgentibus ſymptomatibus vires infringentibus ſuccurrere tentamus, quibus tandem vel mitigatis, vel ſedatis, ad curam regularem rurſus nos accingimus.

Nota quòd, dum ſymptomatibus mitigandis incumbimus; iis remediis quantum fieri poteſt utendum ſit, quæ cauſæ & morbo ſint contraria; ut ſimul ſymptoma, & aliquo modo morbum impugnemus. Sic mitigandis vigiliis frigida, non calida, adhibenda cum hypnoticis. Quòd ſi cogimur uti calidis, ut cùm in deliquio animi, aut ſyn-

cope vinum exhibemus, aut cætera calida remedia, modicè & prudenter hoc faciendum; ne dum ſtudemus ſymptomati, morbum multò deteriorem reddamus.

SECTIO UNICA.

De ſymptomatibus mitigandis.

MUlta ſunt ſymptomata, quæ animum regulariter curantis medici ad ſe revocant: inter quæ potiſſima ſunt dolor, vigiliæ, hæmorrhagia, ſyncope.

CAPUT I.

De dolore mitigando.

DOlor tribus modis auferri poteſt: 1. Dum aufertur cauſa doloris. 2. dum delinitur anodynis. 3. dum ſenſibus ſtuporem inducimus narcoticis. Cùm regulariter oppugnatur dolor

procedimus auferendo cauſam univerſalibus evacuantibus,& topicis relaxantibus partem. Cùm verò dolor urget, & vires atterit,utimur narcoticis ad debitum tempus.

Non agitur hîc de auferentibùs cauſam dolorisper univerſalia evacuantia; ſed de his,quibus mitigatur : quæ vel ſunt anodyna , vel narcotica.

CAPUT II.

De Anodynis.

PAregorica, epiceraſtica, anodyna idem ſignificant; ſuntque medicamenta, quæ cauſâ & morbo remanentibus , dolorem mitigant.

Triplici ratione id præſtant. 1. vi laxante, quâ cutis poros aperiuntrelaxantque; ſic enim , non fit tantus dolor, quia cutis minùs contenditur. 2. calore blando , & moderato; quo materiæ portionem , quæ partem diſtendit , reſolvunt. 3. eodem calore temperato , quo partem affectam fovent,& ad quandam temperiei æqualitatem revocant.

Præſcribuntur in forma linimenti, fomenti, & cataplaſmatis.

In forma fomenti.

Vide exemplum capite de fomento pro dolore pleuritico, & nephritico.

In dolore hæmorrhoidum, & inflammatione earum partium, in quibus repellentia prohibentur.

℞. Lactis ℔. ß. fove tepidè partem.

In forma linimenti.

Vide cap. 8. de linimento, ſect. de alterantibus externis.

In forma cataplaſmatis.

Plura & diverſa vide cap. 12. de cataplaſmate, & cap. 11. de arthriticis.

His accedit admotio gallinæ, pulli, pulmonis hœdini, vervecini, omenti adhuc calentis, & ſimilium.

CAPUT III.

De Narcoticis.

NArcotica ſunt quæ dolorem ſedant, quod duobus mobis præſtant: 1. vel ſtupefaciendo & parti

ſenſum auferendo. 2. vel ſomnum conciliando, unde hypnotica dicuntur: ad dolorem requiritur ut pars ſit ſenſibilis, & mens advertat. Alterutra conditio ſi deficiat, dolor non fit.

Quæ parti ſenſum auferunt, ſtupefaciendo, id præſtant plerumque frigiditate, aliquando occultà qualitate, de qua mox, dum de hypnoticis.

Uſus eſt

In vehementi dolore partium externarum, cui ſedando fruſtrà admota ſunt anodyna.

In forma fomenti.

℞. Rad. hyoſcyam. ℥. j. fol. lactucæ, ſolani, papaveris albi, an. m j. ſantal. citrin. ʒ. j flor. nymph. p. j. fiat decoct. Colat. foveatur pars dolens.

Vel

℞. Opii ʒ. ij. camphoræ ʒ. ß. diſſol. in vini ſpiritus ℥. iij. Colatura linteo imbuta admoveatur parti dolenti; renovetur quando opus videbitur.

In forma linimenti & unguenti.

℞. Opii in aqua vitæ diſſoluti ʒ. ß. fiat linimentum: admove parti dolenti.

Vel

℞. Unguenti roſati,& populei,an.℥. ß. cum albumine ovi agitato fiat unguentum,quo panni linei parti imbuti admoveantur.

℞. Pulp. pomi ſub cineribus cocti ℥.ii. unguenti populei ℥.j. croci ℈. ß. vitellum ovi,miſce,fiat linimentũ,&c.

℞. Mucilag.ſemin. pſyllii & cydonior. extract. in aqua ſolani & plantag.℥.iii.unguenti populei ℥.j. miſce, & admove cum linteis.

In forma cataplaſmatis.

℞. Unguent. popul. ℥. j .pulv. Requiei Nicolai ʒ.j.ß.pulver gr. kermes ʒ.i. miſce cum cataplaſmatis ex mica panis , vel ex radicibus & herbis decoctis ad putrilaginem,& trajectis ℥. vi. utere pro parte dolente.Exemplum cataplaſmatis utriuſque traditum eſt in cap. de cataplaſmate.

℞. Fol. ſempervivi major.m.j.coque in lacte,contunde & traiice, adde vitellum ovi , & admove. Doloribus acutiſſimis hæmorrhoidum , cæterarumque partium ſuccurrit.

Nota 1. in uſu prædictorum obſervandum eſſe,ut præcedant evacuantia vel ſimul celebrentur,dum his utimur;

ne pars remedii & humorum noxiâ qualitate afflicta contrahat necroſim.

Nota 2. abſtinendum, ſi pars debilis ſit, & immineat gangræna, quia promptiùs induceretur partis mortificatio. Abſtinendum quoque in pueris, ſenibus, & in doloribus partium, quæ ſunt vicinæ parti principi.

CAPVT IV.

De Hypnoticis.

HYpnotica ſunt medicamenta quæ ſomnum conciliant.

Quænam ſint ἐνέργειαι, quibus ſoporifera ſomnum inducunt, non ſatis patet. Tacitè loquitur natura, dum nec per effectus, neque per analogiam ſeſe explicat. Alii qualitates manifeſtas, alii occultas incuſant. Nos ſic inquirimus.

Cùm ſopor ſit vigiliis contrarius, utrique inſit affectio ſpirituum animalium diverſa, neceſſe eſt: ſunt autem hujuſmodi ſpiritûs ſubſtātiæ ſubtiliſſimæ in corpuſcula volatilia sũmè exaltatæ,

cúmque ad vigilias requiratur eorum tenuitas,motus,copia, pororum cerebri nervorúmque, quò liberè pervadant, apertio,debet in ſomni diatheſi diverſa, eorum adeſſe craſſities,torpor, paucitas, pororum impedita libertas.Pleraque id præſtant benignis, quos exhalant, vaporibus,ut alimenta,tepidum balneum,emulſio,& ſimilia, à quibus humefiunt ſpiritûs animales, fixantur, & pori leviter obſtruuntur: à pituita,quâ plerumque nimis ſcatet cerebrum,fimus ſomnolenti: à copia ſanguinis humido diffluentis ſpiritûs hebeſcunt, premitur cerebrum,ſomnum obrepit. In omnibus cataphoricis affectibus prævalet ſemper humiditas, ſæpè adeſt calor, rarò frigiditas,ipſo docente Gal. 3. de loc. aff. c. 3. quæ licèt ſoporis cauſas manifeſtas inſinuent, ineſt tamen pleriſque hypnoticis modus agendi planè diverſus. Quæ enim tanta poteſt ineſſe vis opio,etiam exactè correcto, quæ uno & altero granulo in febre ardente, delirio phrenitico, maniaco, obſtinatis vigiliis, effervescentem ſanguinem, efferatóſque ſpiritûs

citò

citò compeſcat; & non ſolùm ſoporem ſed quandoque etiam frigiditatem, torporem, mortémque inducat; niſi malignum quid tetrúmque expiret, quod totâ ſubſtantiâ ſpiritibus ſit infenſum, quod quidem eſt indeterminabile. Reperitur enim cum opio & vino temperie calidis, cum frigoris prædominio in ſolano, lactuca, mandragora & ſimilibus. Illud ipſum Chymici vocant concretum ex ſale fixo, ſulphure, & terra, ſulphur nempe impurum fœtidúmque, quod ſpiritûs fixando irretit, ſiſtit, & plerumque lethaliter corrumpit. Hoc experientia inſinuat, opium enim toſtione deſinit eſſe narcoticum, fumus carbonum ſtupefacit, non ſemel fulminis afflatus narcωſi ſpiritus corripuit, plerumque in febre maligna & tertianæ intermittentis paroxyſmo, dum ſulphur ſuum bilis exaltat in cerebrum, carus inducitur. Quidni idem à medicamentis narcoticis contingat?

Eorum uſus eſt,

In vigiliis contumacibus, deliriiſque cum vel ſine febre, in doloribus acutiſſimis partium, quæ vires infringunt.

Præſcribi poſſunt in forma julepi, emulſionis, boli, pilulæ, & topici.

In forma julepi.

℞. Aquæ papav. rhœad. ℥.iv. ſyrup. de papav. ʒ. iij. vel ℥. ß. miſce fiat julep. Capiat veſpere tribus horis poſt & ante juſculum.

Poteſt exhiberi omni horà, ſi res urgeat.

Idem ſyrupus de papavere poteſt diſſolvi in julepo, aut decocto ordinario ad ʒ.ij.iij. vel ℥.ß. quando ſæpiùs iterari debet: in debilibus adde confect. hyacinth. ℈.j.

Mitius hypnoticum præſtat ſyrupus de nymph. ad ℥. ß. vel ʒ. vj. in aqua papaver. rhœad. vel in decocto appropriato, vel in emulſione.

In forma emulſionis, vide cap. 4. de emulſione, ſect. 1. part. 1.

In forma boli.

℞. Laudani opiati, gr.i. vel ij.iij. iv. confect. hyacinth. ℈. j. conſervæ roſ. ʒ.i.ß. miſce, fiat bolus: Cap. horâ ſomni, ſuperbibendo parum aquæ pro potu ordinar. vel ℥.vj. aq. papaver. rhœad.

Convenit in vigiliis pertinacibus,

deliriis phreniticis, maniacis diarrhœa bilioſa, cholera, vomitu, doloribus colicis, nephriticis, &c.

In forma pilulæ.

℞. Laudani, gr.j. ij. vel iij. confection. hyacinth. ℈.j. cum gutt. aliquot ſyrupi de papavere vel de nymphæa f. pilulæ.

Vel

In forma mixturæ.

℞. Aquar. lact. bugl. an. ℥.ij. confect. hyacinth. & pulv. diamargar. frigidi, an. ʒ.ß. laudani, gr.ij. ſyrupi de nymphæa ℥. ß. fiat mixtura, de qua bis terque in die capiat duo cochl. duabus horis poſt & ante juſculum.

Idem laudanum diſſolvi poteſt in julepo, emulſione, decocto, &c.

Topica ſunt frontale, oxyrrhodinum, lotio pedum, de quibus vide in proprio capite.

Nota 1. in uſu narcoticorum procedendum eſſe à debilibus ad validiora, niſi caſus urgens ſubito cogat ad fortiora.

Nota 2. Narcotica non eſſe ſæpius repetenda, ne in lethalem ſoporem cerebrum adducant.

3. Miſcendum eſſe ſemper aliquid cardiacum,ad infrigendam narcoticorum vim cordi & cerebro inimicam.

4. Abſtinendum eſſe à narcoticis in debilibus, ſenibus, pueris, gravidis aut ſaltem modicè & prudentiſſimè ipſis utendum.

5. Non ſunt præſcribenda pleno & nondum evacuato corpore,ne humores magis incraſſentur,& opprimatur natura.

CAPUT V.

De Sanguinis fluxu.

Vita pendet à viribus,vires à ſanguine & ſpiritibus,unde dicitur, nos tantum habere virium, quantum ſanguinis & ſpirituum,ideò dum ſanguis præternaturaliter fluit è ſuis vaſculis, citò ſiſtendus remediis internis & topicis,quæ ἴσχαιμα dicuntur:ſuntque medicamenta ſiſtentia ſanguinem uberiùs prorumpentem è vena aperta, exeſà, rupta, aut præciſa.

Id præſtant triplici modo : 1. Vi

emplaſticâ, ob craſſam & lentam ſubſtantiam, quâ venarum exitus infarciunt, & implent. 2. Vi refrigerandi, adſtringendi, & exſiccandi. 3. Vi cauſticâ, quâ venas urendo, cruſtulam obducunt.

Uſus eſt

1. In vulneribus, contuſionibus, ruptionibus, & apertionibus vaſorum.

Topicum vulgare, quod primum partibus vulneratis aut cōtuſis admovetur, fit pulveribus adſtringentibus, bolo armenâ, terrâ ſigillatâ, ſanguine draconis, thure, maſtiche, mixtis cum ovi albumine agitato cū aqua roſacea, & exceptis cum ſtupis cannabinis, ſuperponendo faſcias imbutas oxycrato.

Relinquitur hic apparatus hyeme per 24. horas, æſtate per medium diem, & aliud ſimile de novo imponitur; niſi dolor, aut ſanguinis fluxus citiùs immutare cogat. Præſcribitur ſic,

℞. Boli armen. thur. maſtich. corallor. rubr. an. ℥. j. fiat pulvis, excipiendus ovi albumine agitato cum aqua roſ. parti vulneratæ imponendus.

Plura vide in cap. de pulveribus, ſection. 3. partis 1.

Quando vulnera interiùs penetrant, & ventrem, aut thoracem perfodiunt, ſunt adhibenda etiam interna remedia, tum venæſectio quantum ſufficit celebratur. Talia debent eſſe, quæ ſanguinem incraſſant, adſtringunt partes, & vaſa roborant.

In forma julepi.

℞. Aquar. plantag. roſar. an. ℥. ij. ß. confect. hyacinth. ʒ. ß. boli armen. veri ℈. j. ſyrupi de roſis ſiccis ℥. j. fiat julepus, exhibendus veſpere & mane, quando opus videbitur.

In forma Emulſionis.

Vide ſuprà, cap. de emulſione ad incraſſandum.

In forma decocti vulnerarii, ad incraſſandum, & quando vulnus deterſione indiget.

℞. Rad. ſymp. majoris, pentaphyll. an. ℥. j. fol. plantag. agrim. equiſ. pimp. vincæ pervincæ, an. M. j. ſemin. plantag. portul. papav. albi, an. ʒ. ij floium hyperici & roſar. rubr. an. p. j. fiat decoctio pro tribus doſibus: adde cuique ſyrupi granator. vel de roſis ſiccis ℥ j. capiat veſpere & mane.

2. Pro narium hæmorrhagiâ non

critica, præmiſsâ venæſectione ſufficienter.

Vide cap. 6. de Frontalibus.

Vide cap. 2. de Errhinis.

3. Pro hæmoptyſi, & phthiſi, de quo vide caput de Thorachicis, & de looch.

4. Pro arteriotomia, imponitur vulneri faba per medium ſecta, poſtea ſuper imponitur cataplaſma ex thure, bolo armena, pilis leporinis, albumine ovi exceptis: de quo vide cap. 8. de pulvere, deinde faſciæ continentes, & comprimentes convenienter aptandæ.

5. Pro anevryſmate.

Quando adhuc parvum eſt impone fabam per medium ſectam, vel laminam plumbeam cum compreſſis, & faſciis.

℞. Boli armeni, terræ ſigillatæ, thuris, maſtich. pilor. leporis, an. ʒ. ij. caſei recentis ℥. ij ovi albumen cum aceto roſato agitatum, ſubige omnia ad modum cataplaſmatis, quod admoveatur parti affectæ, ſuperinductâ faſciâ arctiſſimâ, tertio quoque die immutandum.

CAPUT ULTIMUM.
De animi deliquio.

NOn hîc agitur de ſublatione cauſarum, quibus pendet animi deliquium, aut ſyncope, ſed de iis quæ promptè reficiant ſpiritus in virium deliquio, ne ad eorum nimium defectum mors repentina ſubſequatur.

Cavendum, ne dum vires reficere intendimus, cauſas morbi augeamus: ideóque in morbo calido magis temperata, aut minùs calida; in frigido calida potiùs uſurpanda.

In omni caſu, vel inſtante vel præſente deliquio, aut ſyncope, remedium in promptu eſt vinum generoſum ſolum, vel cum pauca confectione hyacinth. quæ temperata, vel moderatè calida eſt.

Eadem confectio hyacinth. ad ʒ.j. diſſolvi poteſt in pauca aqua roſ. flor. arantiorum, vel cum pauco juſculo.

Confectio alkermes & theriaca ſunt calidæ, & in frigido caſu exhibentur cum vino optimo, vel aquâ cinnamomi, arantior. & exhibentur etiam in caſu calido contumaci, & ferè deſperato.

Aqua vitæ, cinnamomi, imperialis, clareta, Reginæ Hungariæ, ad cochlear. unum vel duo.

Elixir proprietatis, & quæ cap. 4. de Cardiacis, & cap. 1. de Roborantibus cor, tam in cauſa calida, quàm frigida, ſuprà deſcripta ſunt.

Topica ſunt hæc: proiiciatur frigida in faciem.

Foveatur cor confectione alkermes diſſoluta in vino, aut aquâ florum arantiorum, cum pauca aqua Reginæ Hungariæ.

Cruſta panis toſta mero intincta calidè admovetur naribus, umbilico, carpis manuum, plantis pedum.

Pipiones per medium ſecti admovendi cordi, plantis pedum; gallina per ſpinam aperta epigaſtricæ regioni.

Nares illiniantur balſamo Peruviano vel confectione alkermes. Offerantur naribus aquæ cinnamomi, Reginæ Hungariæ.

Veſtes & pudenda foveantur confectione alkermes in vino diſſoluta calidè Plura vide quæ citato cap. 4. de Cardiacis, & cap. 2. de Roborantibus cor, adducta ſunt.

FINIS.

INDEX
DE INSTRUMENTIS PHARMACEUTICIS GALENICIS ET CHYMICIS.

Procœmium. pag. 1

PARS I.
De Alterantibus. p. 15
PRæmittenda alteratio purgationi. Quid ſit alteratio. Non obſtat quod remedium alterans componatur ex pluribus diverſæ virtutis. Alterantium diviſio, variæ formæ. Non eſt nimia ipſis fides habenda.
SECTIO I.
De ſimpliciter Alterantibus. p. 21
Caput I. De Julepo. ibid.
Quid. Compoſitio, tempus, uſus ad refrigerandum; ad ſitim extinguendam, diaphoreſim promovendam.
Cap. II. De Apozemate. p. 25
Quid. Compoſitio. Uſus ad præpa-

randos humores, obſtructiones reſerandas.

CAP. III. De juſculis alterant. p. 33.
Quid. Ex quibus: uſus ad temperandum. Obſtructiones reſerandas. Ad fluxionis acrimoniam demulcendam. Ad ſanguinem incraſſandum. Ad vires reparandas.

CAP. IV. De Emulſione. p. 49
Quid. Ex quibus. Uſus ad ſitim. Ad calidos pectoris affectus. Ad demulcendam urinæ acrimoniam. In malignis febribus. Ad ſomnum.

CAP. V. De Lacte & ſero. p. 44
Differentiæ. Uſus, ad nutriendum. Ad alterandum. Ad utrumque. Modus utendi. Pro omni alimento. Modus præſcribendi. Cautiones. Serum lactis eſt remedium. Modus parandi, præſcribendi, uſus ad alterandum. Tempus. Cautiones.

CAP. VI. De Hordeato. p. 52
Uſus ad temperandum. Ad tabidos. &c. ad tuſſim.

CAP. VII. De Hydromelite. p. 55

CAP. VIII. De Priſana. p. 57
Quid. Uſus ad refrigerandum. Ad aperiendum. An nive refrigeranda.

ad exſiccandum. Ad adſtringendum Ad refrig. aper. nutriendum.

SECTIO II.

De alterantibus ſpecificis. p. 63
Propria cuilibet parti eligenda. Nuſquam unus morbus ſimplex.

Cap. I. De Cephalicis. p. 64
In cauſa frigida. In cauſa cal. Cautio.

Cap. II. De Opthalmacis & Collyrio. p. 66
Quid. Quodtuplex. Uſus ad repellendum. Leniendum dolorem. Repellendum & demulcendum. Repellendum & reſolvendum. Ad digerendum. Ad albugines. Ad ſcabiem & pruritum. Cautio.

Cap. III. De Bechicis. 71
Quid. Uſus ad pituitam præparandam. Notanda. Ad bilem incraſſandam. Ad expectoratum. Contra hæmoptyſim.

Cap. IV. De Looch. p. 76
Quid. Compoſitio. Tempus. Uſus ad ſputum juvandum. In frigida cauſa. In calida. In hæmoptyſi. Ad exſiccandum & glutinandum. Ad tenuem fluxionem.

Cap. V. De Cardiacis. p. 81

Quid à quibus cor fiat debile. Uſus in cauſa frigida. In caſu præcipiti. Cautio. In cauſa calida. In mulieribus. Vermibus. Motibus convulſivis. Cautio.
Cap. VI. De Stomachicis. p. 86
Quid. Qualia. Uſus in cauſa frigida. In calida. Cautiones.
Cap. VII. De Hepaticis. p. 92
Quid. Uſus in cauſa frigida. Cautio. In Cauſa celida.
Cap. VIII. De Splenicis. p. 94
Cap. IX. De Vermes enecantibus. p. 97
Appropriatis ad inteſtina. In febre verminoſa. In febre maligna. In convulſivis motibus. De flatus diſcutientibus. Cautio.
Cap. X. De nephriticis. p. 101
Quid. Uſus ad ardorem renum, urinæ. Cautio. Ad calculum. Quomodo fiat lapis. An lithontripticum. Quâ vi operetur. Ad urinas movendas. Ad detergendum. Ad ſanguinem ſiſtendum.
Cap. XI. De Hyſtericis. p. 111
Quid. Uſus ad uteri commotionem. Miſcenda opiatica. Ad menſes mo-

vendos, ſiſtendos. Ad expurgandum uterum. Ad juvandum conceptum. Cautio. In caſu frigido, calido. Ad partum. Cautio.
CAP. XII. De Arthriticis. p. 119
Quid. Quotuplex. Uſus ad repellendum. Dolorem ſedandum Digerendum. Roborandum.
CAP. XIII. De Hydroticis. p. 123
Quid. Ex quibus. Quamdiu, & quid agendum. Uſus. Nocent calidis viſceribus, in lue venerea. Malè præparatur corpus hydroticis ad hydrargyroſim.
CAP. XIV. De Bocheto. p. 154
SECTIO III.
De Alterantibus & Purgantibus. p. 129
CAP. I. De Apozemate purgante. p. 157
Quid. Ex quibus. Modus. Doſis purgantium. Præcedere debent alia evacuantia & quandoque alterantia.
De Apozemate Cholagogo. Uſus. 131
De Phlegmagogo. p. 133
De Melanagogo. ibid.
De Hydragogo. p. 134
De Mixto Apozemate. p. 135

Cap. II. De Juſculo alterante & purgante. p. 136
Cap. III. De Syrupo magiſtrali. 138
Cap. IV. De Diæta alterante & purgante. p. 143
Cap. V. De Opiata. p. 146
Quid. Ex quibus. Uſus ad aperiendum in cauſa calida. In cauſa mixta. Sales lixiviales non ſunt miſcendi cū chalybeatis. Ad aperiendum & purgandum in cauſa calida. In cauſa mixta. Cautio. Ad refrigerandum & incraſſandum. Ad roborandum.
Cap. VI. De Bolo. p. 152
Quid. Ex quibus. Uſus aperiens. Refrigerans. Roborans. Adſtringens. Sanguinem cohibens. Somnum concilians. Cautio. Ad purgandum. Ad roborandum.
Cap. VII. De Pilulis. p. 154
Quid. Ex quibus. Uſus aperiens. Aperiens & purgans. Adſtringens. Purgans.
Cap. VIII. De Pulveribus. p. 158
Uſus. Ad aperiendum. Ad febres intermittentes, de Kina Kinæ. Quid. Quomodo paranda, danda. Quibus proſit. Quâ vi operationem abſol-

vat de Coffée. Quà vi agat. De herba Thé. Contra vermes, aborſum, calculũ. Uſus externi Ad oſſa carioſa, ulcera. Ad ſanguinem ſiſtendum.

CAP. IX. De Tabellis. p. 170.

Uſus ad aperiendum. Purgandum. Roborandum.

SECTIO IV.

De Alterantibus & roborantibus externis. p. 172

CAP. I. De Epithemate. ibid.

Quid. Quotuplex. Tempus. Modus. Uſus ad alterandum. Ad ſpiritus inſtaurandos. Inſtaurandos & reficiendos. Ad pectoris ardorem & ſiccitatem. Ad hepar refrigerandum, roborandum. Pro teſtibus. Uſus ſolidi ad vires reſtaurandas. Contra vermes cum vomitu.

CAP. II. De Fomento. p. 180

Quid. Uſus ad æſtum viſcerum, humorum. Ad emolliendum, refrigerandum, aperiendum, roborandum. Roborantia immiſcenda. Ad adſtringendum. Ad emolliendum & diſcutiendum. Ad roborandum ventriculum.

De embroche. Uſus in calidis morbis. In frigidis. p. 185

Google

CAP. III. De Balneo. p. 188
Quid. Quotuplex. Modus utendi. Uſus ad refrigerandum & humectandum. Ad aſtringendum & exſiccandum.
De ſemibalneo.
Uſus ad temperanda viſcera. Ad dolorem nephriticum. Ad menſes movendos.
CAP. IV. De Stupha. 194
CAP. V. De ſuffitu. p. 196
Quid. Quotuplex. Uſus ad alterandum & roborandum. Ad exſiccanda maligna ulcera. Ad excitandos ſudores. Ad uteri affectus.
CAP. VI. De Oxyrrhodino. p. 198
Uſus in calidis cerebri affectibus, &c.
CAP. VII. De frontali. p. 200
Uſus ad hæmorrhagiam &c. Ad capitis dolorem. Ad ſomnum conciliandum.
CAP. VIII. De placëta roſacea. p. 201
CAP. IX. De Linimento. p. 202
Uſus ad refrigerandum. Pectus laxandum. Demulcendum dolorem nephriticum. Reſolvendum, roborandum. Ad dolorem hæmorrhoidum.
CAP. X. De Unguento. 205

Uſus ad emolliendum, reſolvendum. Ad ſcabiem. Ad ſalivationem in lue venerea. Obſervanda. Cautiones.

CAP. XI. De Cerato. p. 212

Ad emolliendum. Ad capitis vulnera. Tumores &c.

CAP. XII. De Emplaſtro. p. 214

Uſus ad emolliendum, glutinandum, maturandum. Ad tumidum lienem. Ad ulcera maligna.

CAP. XIII. De Cataplaſmate. p. 216

Quid. Ex quibus. Uſus ad dolorem. Ad fluxionem. Inflammationem. In virium defectu. Ad roborandum.

CAP. XIV. De Veſicatorio. p. 220

Quid. Quibus partibus, quo tempore, Morbis. Quandiu conveniat.

CAP. ult. De Dropace. p. 223

Ad educendum ad cutim. Ad calorem evocandum. Ad maciem extremorum corrigendam.

PARS II.

De Evacuantibus. p. 225

De cauſa morbi. Cui debeatur purgatio. Quotuplex.

SECTIO I.

De Evacuantibus univerſalibus, &

primò de purgantibus per ſeceſſum. p.226

Quid purgatio. Quotuplex. Quâ vi purgantia ſuos effectus præſtent. Quot formulis conveniat.

Cap. I. De Suppoſitorio. p.230

Quid. Quotuplex. Uſus quadruplex.

Cap. II. De Clyſteribus. p.233

Quid. Ex quibus. Quotuplex. Tempus. Uſus ad emolliendum. Ad refrigerandum, humectandum, refrig. emoll. purgand. In ſoporoſis morbis. Ad flatus nephriticos, hyſtericos affectus. Contra vermes. Ad detergendum, roborandum. Ad adſtringendum. Ad nutriendum & roborandum.

Cap. III. De Potione. p.246

Quid. Quotuplex. Quid ante & poſt. Rarò unus humor peccat. Non ſunt improbanda decocta pro menſtruo purgantium. Non ſunt pori in aqua.

De Potione Cholagoga. p.251

De Phlegmagoga. p.254

De Melanagoga. p.255

De Hydragoga. p.257

De Mixta. p.258

De potionibus peculiaribus. p.260

Pro morbis pectoris. Gravidis, ſenibus, infantibus, hæmoptoicis, hyſtericis, verminoſis.
De Ptiſana laxante, Regia dicta. 264
De Potione cum vino emetico. 267
Quare per ſeceſſum purget. Acidorum vi miteſcunt purgantia validiora. Cautiones.
Cap. IV. De Bolo purgante. 274
Cap. V. De Pulvere purgante. 276
Cap. VI. De Pilulis purgantibus. 279
Cap. VII. De purgantibus ex Chymicis. 284
SUBSECTIO.
Cap. I. De Emeticis. 290
Quid. Quâ vi operantur. Quotuplex purgatio per vomitum. Uſus. Tempus. Quando noceat, quibus proſit. Quomodo differant quæ vomitum movent. Cautio. Quæ præcedere debeant.
Cap. II. De Diureticis. 296
Quid. Quotuplex Uſu; in caſu calido, frigido. Quibus proſint. Quibus noceant. Præmittenda.
Cap. III. De Diaphoreticis. 301
Neceſſitas liberæ tranſpirationis. Quid

diaphoretica. Vis & modus agendi. Uſus. Quæ præmittenda. Cautiones. Quibus noceant. Quibus proſint.

SECTIO II.

De Evacuantibus particularibus. 307

Quid. Quot modis. Quæ partes expurgentur.

CAPUT I. De Sternutatoriis. 308

Quid. Ex quibus. Uſus. Quibus noceant. Quæ præmittenda.

CAP. II. De Errhinis. 310

Uſus ad expurgandum cerebrum. Ad ardorem narium, cerebri. Ad ulcera narium. Ad hæmorrhagiam. Ad fœtorem.

CAP. III. De Maſticatoriis. 312

Quid. Uſus. Quibus noceant.

CAP. IV. De Gargariſmate. 314

Quid. Quotuplex. Uſus ad educendam pituitam. Ad oris inflammationem. Ad oris & faucium ulcera. Ad dolorem dentium. Ad oris ardorem ab hydrargyroſi.

CAP. V. De Injectionibus. 317

Quid. Ex quibus. Uſus in aurium dolore. In Thoracis morbis. In uteri affectibus, ulcere. In veſicæ &

penis morbis. Pro ulceribus profundis fiſtuloſis.

CAP. VI. De Peſſario. p. 324

Quid. Ex quibus. Præmittenda. Uſus ad menſes movendos. Expurgandum uterum. Ad ſecundinas pellendas. Ad exſiccandum, roborandum. Ad cicatricem.

PARS III.

De Roborantibus. p. 328

In quo conſiſtat partium robur. Quo tempore utendum roborantibus. Quot modis dicantur.

SECTIO I.

De Generalibus Roborantibus. 330

CAP. I. De Roborantibus cor in calidis morbis. 331

CAP. II. De Roborantibus cor in frigidis affectibus.

SECTIO II.

De Roborantibus particularibus. 336

CAP. I. De Roborantibus cerebrum. ibid.

In morbis calidis. In frigidis.

CAP. II. De Roborantibus Stomachum. p. 340

CAP. III. De Roborantibus hepar. ibid.

In cauſa frigida. In calida.
Cap. IV. De Roborantibus lienem. p. 345
Cap. V. De Roborantibus uterum veſicam: ad infarctus partium naturalium. p. 346

PARS IV. ET ULTIMA.

De Lenientibus & Paregoricis. p. 347

SECTIO UNICA.

De Mitigandis Symptomatibus. 348
Cap. I. De dolore Mitigando. ibid.
Cap. II. De Anodynis. p. 349
Cap. III. De Narcoticis. p. 350
Quot modis dolor ſedetur. Quâ vi agant narcotica.
Cap. IV. De Hypnoticis. p. 353
Quâ vi ſuos effectus præſtent, & quot modis. Uſus.
Cap. V. De Sanguinis fluxu. p. 358
A quibus pendeat vita. Quâ vi agant ſanguinem ſiſtentia. Uſus.
Cap. ultimum. De Animi deliquio. p. 362

Finis Indicis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PERMISSIONS.

JE Conſens pour le Roy qu'il ſoit permis à CESAR CHAPPUIS de reimprimer le Livre intitulé, *Inſtrumenta Curationis morborum deprompta, &c. Authore H. T. P. R. M.* cy-devant imprimé à Montpellier chez Daniel Pech. Fait à Lyon le 21. Janvier 1681.

VAGINAY.

SOit fait ſuivant les Concluſions du Procureur du Roy, les an & jour ſuſdits.

DESEVE.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Google

Digitized by Google

5